



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



AH 4328.49




**Harvard College Library**

FROM THE

**CONSTANTIUS FUND**

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 10 April, 1901.







DE PRISCARUM QUATUOR  
**POPULI ATHENIENSIS TRIBUUM**  
QUAE VULGO IONICAE DICUNTUR,  
**ORIGINE.**

---

**DISSERTATIO INAUGURALIS**

QUAM

AUCTORITATE ET CONSENSU

AMPLISSIMI

**ORDINIS PHILOSOPHORUM ACADEMIÆ  
MARBURGENSIS**

PRO SUMMIS

**IN PHILOSOPHIA HONORIBUS RITE OBTINENDIS**

OBTULIT

**EMILIUS HENRICUS OTTO MUELLER**  
MARBURGENSIS.

---

M A R B U R G I,  
TYPIS IOANNIS AUGUSTI KOCHII.

MDCCCLXIX.

AH 4328.49

~~10255.8.5~~



Constantius fund

RECEIVED  
APR 1 1901

995

## PROOEMIUM.

**D**e priscarum quatuor populi Atheniensis tribuum origine ex scriptoribus antiquis quidem nihil fere historica fide probatum colligitur. Nam illud quod plerique veterum et nomina et originem illarum ab Ionis quatuor filiis Geleonte, Aegicoreo, Argade, Hoplete repetunt, non vera historiae memoria niti etiam sine argumentatione apertum est. Quae autem apud Platonem, Strabonem, Plutarchum de antiquioris illius populi Attici descriptionis vi et origine leguntur, facile apparet non historicas memorias sed conjecturas potius esse quatuor illarum tribuum nominum interpretatione et praejudicatis quibusdam de Graecae historiae ratione opinionibus et placitis nixas.

Namque Plato quum novem millibus annorum ante Solonem excultissimum Atticae civitatis statum fuisse aut censeret revera aut fingeret, discreta pro diversis negotiis hominum genera, qualia apud Aegyptios fuisse videret, sapientissimum provecitissimaeque culturae institutum ratus, idem etiam apud Athenienses vetustissima illa aetate viguisse ratiocinatus est <sup>1)</sup>. Quare quum Athenis antiquitus quatuor tribus Geleontes, Aegicorenses, Argadenses, Hopletes, quorum nominum pars haud obscure similia illis Aegyptiacis hominum genera indicare viderentur, fuisse accepisset, istis

---

<sup>1)</sup> Cfer. God. Hermannii praefat. ad Eurip. Jon. p. XXVIII. **XXIX.**



tribubus subfuisse diversa illa negotia, videtur sibi persuasisse. Tamen neque, quae singula singulis tribubus subfuisse putaret, prodidit, neque quaenam hominum genera in Attica omnino fuisse existimaverit, satis apertum est. In Critia enim ubi sacerdotum nulla mentio fit, illa omnino non stricte distinguuntur, et in Timaeo sex potius, quam quatuor hominum genera videntur discerni <sup>1)</sup>.

Contra Strabonis, quamquam ne is quidem, quae singularum tribuum negotia fuisse censeret, diserte prodidit, magis aperta et perspicua sententia est. Videtur enim agricolas tribu Geleontum, opifices Argadensium, sacerdotes Aegicorensium, milites denique Hopletum tribu comprehensos iudicasse <sup>2)</sup>. Quos enim *ἱεροποιοὺς* inter quatuor Atticorum hominum genera enumerat, non Geleontes sed Aegicorenses ei visos esse — quamquam ipsam eam Aegicorensium nominis interpretationem coactam et duram mini-

<sup>1)</sup> Plat. Crit. p. 110. C. οἷσι δὲ τότε ἐν τῆδε τῇ χώρᾳ τὰ μὲν ἄλλα ἔθνη τῶν πολιτῶν περὶ τὰς δημοουργίας ὄντα καὶ τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν, τὸ δὲ μάχιμον ὑπ' ἀνδρῶν θείων καὶ ἀρχαῖς ἀφορισθὲν ἔκει· χωρὶς, πάντα εἰς τροφήν καὶ παιδεύσειν τὰ προσήκοντα ἔχον, ἴδιον μὲν αὐτῶν οὐδεὶς οἶδεν, κεκτημένοι, ἅπαντα δὲ πάντων κοινὰ νομίζοντες αὐτῶν, πέρα δὲ ἱκανῆς τροφῆς οὐδὲν ἀξιούντες παρὰ τῶν ἑλλῶν δεχέσθαι πολιτῶν, καὶ πάντα δὴ τὰ χρεῖς λεχθέντα ἐπιτηθεύματα ἐπιτηθεύοντες, ὅσα περὶ τῶν ὑποκειμένων ἐξήρηθη φυλάκων. — Tim. p. 24. A. τοὺς μὲν οὖν νόμους σκόπει πρὸς τοὺς τῆδε, πολλὰ γὰρ παραδείγματα τῶν τότε παρ' ὑμῖν ὄντων ἐνθάδε νῦν ἀνευρησείς, πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερῶν μέγεθ' ἀπὸ τῶν ἑλλῶν χωρὶς ἀφορισμένον, μετὰ δὲ τοῦτο τὸ τῶν δημοουργῶν ὅτι καθ' αὐτὸ ἕκαστον, ἄλλω δὲ οὐκ ἐπιμυγνόμενον δημοουργεῖ, τότε τῶν νομίμων καὶ τῶν θρησκειῶν τότε τῶν γεωργῶν, καὶ δὴ καὶ τὸ μάχιμον γένος ἤσθησαι περὶ τῆδε ἀπὸ πάντων τῶν γενῶν κεχωρισμένον, οἷς οὐδὲν ἄλλο πλὴν τὰ περὶ τὸν πόλεμον ὑπὲρ τοῦ νόμου προσετάχθη μέλειν — quamquam haec possunt magis de Aegyptiacis, quam de Atticis ordinibus dicta videri.

<sup>2)</sup> Strab. VIII. 1. p. 383: Ὁ δὲ (scil. Ἴων) πρῶτον μὲν εἰς τέσσαρας φυλάς διείλετο τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέσσαρας βίους. τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημοουργοὺς, τοὺς

neque probabilem esse me non fugit: non ut Schoemannus censet absurdum, sed adeo maxime probabile arbitror. Videtur enim Strabo praedictam illam Platonis sententiam secutus quum in illis castis, quas Aegyptiorum ratione institutas in Attica antiquitus viguisse crederet, sacerdotes principam quippe Aegyptiorum castam, non deesse potuisse existimaret, trium autem tribuum nominibus milites, agricolas, opifices significatos intelligeret, quod solius reliquum erat Aegycosensium nomen generi sacerdotum accommodavisset. Qui enim solam nomen considerantibus eo significationi videtur, pastores caprarum, praesacerdotum isto ordine, ad castas Aegyptiacas efficiendas necessario, e tribuum ordine emittendi esse Straboni visum sunt. Istos autem sacerdotes ideo *ἀγροποις* vocatos esse putavit, quia hastas ac petasium capras diis immolandas aluissent; quare illi non simpliciter *ἱερεῖς*, id quod Aegyptiae Indicarumque sacerdotum castis maxime respondisset, sed *ἱεροποιοί* quasi illi qui sacra facienda curarent<sup>4)</sup>; a Strabone appellati sunt.

Multo minus probabilis eorum videtur sententia, qui Strabonem sacerdotes quidem Gelsontes, Aegycosenses autem non pastores solum sed etiam agricolas intellexisse cum Schoemannus arbitrentur. Agriculturam enim gravissimam in civitatibus momentis esse quam apud omnes constat, Strabonem

---

δὲ ἱεροποιοῦς, τετραγώνους δὲ τοὺς πέλαιακας. — His, qui Strabonem descriptionem quatuor vivendi generum a descriptione quatuor tribuum plane diversam habuisse ex illius loci verbis colligunt, ego non possum assentire. Haec enim illius sententia esse mihi videtur. „Ion, quum populum Atticum in quatuor tribus divisisset, deinde (scilicet: singulis iis tribubus singula negotia assignans) etiam in quatuor vivendi genera divisit.“

4) Cfer. C. Fr. Hermann's Lehrbuch der griech. Staatsalterth. §. 150. 1. Lehrbuch der gottesdienstl. Alterth. d. Griechen §. 11., 10 sqq. §. 62. 11. —

griechen: tamquam pasturam occasionem quandam: una com-  
harum nomine comprehensas putans minime suspicari licet.  
Cum ista Strabonis opinione convenit ejus quoque  
summa, quae apud Plutarchum legitur 1). Nam haec quo-  
que, et ipsa, ut videtur, a nominibus de singularum tribuum  
significatione existimans, Hepletes milites, Argadenos opi-  
fices, Gelcontes sive Godecontes agricolas intellexit. Aegi-  
corenses tamen ii, ex quibus sua hausit Plutarchus, nec Pla-  
tonis auctoritate neque illa de quatuor tribuum et castarum  
Aegyptiacarum similitudine praepjudicata sententia ad negli-  
gendam vim ipsius nominis adducti, non sacerdotes, sed pa-  
stores fuisse censuerunt.

Multa plura de quatuor tribuum origine et natura a re-  
centioribus, Germanis praecipue, philologis disputata sunt 2).  
Nimirum: cuique antiquitatis studioso jam illud necesse est  
maximi momenti videri, quale fuerit institutum, quod civita-  
tis Atticae; omnium Graecarum amplissimae, descriptionis  
universaeque rei publicae formae quasi fundamentum usque  
ad Elisthenis aetatem fuisse constat. Quia vero istam quaes-  
tionem de quatuor tribubus etiam multis aliis gravissimis  
controversiis docti homines saepe conjunxerunt, opinionum  
de illa editarum numerus etiam auctus est. Sed quemad-  
modum Platonis et Strabonis de eadem re sententiae; ita re-  
centiorum quoque istarum opinionum pleraeque non tam ear-  
um rerum, quae aut fabulis aut historia memoratae sunt,  
diligenti et integro examine, quam praepjudicatis quibusdam

1) Plut. vita Solon. c. 23. καὶ τὰς φυλάς εἰσὶν οἱ λέγον-  
τες οὐκ ἀπὸ τῶν Ἴωνος νῆων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γενῶν, εἰς ἃ διη-  
ρήθησαν οἱ βίοι τὸ πρῶτον, ὀνομάσθαι, τὸ μὲν μάχιμον  
Ὀπλίτας, τὸ δ' ἐργατικὸν Ἐργάδεις, δεῖν δὲ τῶν λοιπῶν Γε-  
δέοντας μὲν τοὺς γεωργοὺς, Ἀγριορεῖς δὲ τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ  
προβατείαις διατρίβοντας. —

2) Plenissimus, quantum ego scio, eorum, qui de ea re scri-  
pserunt, index, apud Böeckhium in corp. inscr. t. II. adn. ad  
inscr. 3665. reperitur. —

de universae Graecae historiae ratione opinionibus et conjecturis niti videntur. Imprimis Platonem illam sententiam de quatuor tribuum et castarum Aegyptiacarum similitudine, quae neminibus tribuum firmari visa est, recentiorum quoque haud pauci assensione comprobaverunt; eandemque paulle immutarunt alii, alii plane rejecerunt. Et quo majoris momenti ad perspiciendum universi Graeci populi ingenium quaestio illa omnibus visa est, castarum apud Graecos antiquitas fuerint, eo plures de ea re sententiae editae sunt; quae variis et multiplicibus modis quasi dilabi necesse fuit, quum de ipso Graeci populi ingenio pro universis singulorum doctrinis historicis aliae apud alios opiniones reperiri soleant. Aliis quoque, nec minus dubiis, opinionibus de antiquiorum Graecarum gentium necessitatibus mutuoque nexu illa tribuum descriptio, et quae de ea fabulae memorent, a multis implicatae sunt.

Et revera quidem in fabulosis praesertim memoriis non pauca momenta sunt, quibus variae et de tribuum origine et de Graecarum gentium historia opiniones conjecturaeque niti possint. Sed eadem tam incerta esse apparet atque ambigua, ut vix quisquam historicus inde exorsus ad certam stabilemque de quatuor tribuum origine et natura sententiam pervenire posse videatur. Summa ista explicandae quatuor tribuum descriptionis difficultate miraque multorum virorum in expedienda ea temeritate clarissimus vir Godofredus Hermannus commotus videtur, ut omnia utique studium in ea re positum tamquam irritum atque insolens derideret. <sup>1)</sup>

Sed quaecumque nimiae illius opinionum varietatis causae fuerunt, eadem etiam in posterum prohibebunt, quominus gravissima illa quaestio ab antiquitatis studiosis unquam

<sup>1)</sup> In praefatione ad editionem suam Jovis Euripidei p. XXVII. — XXX.

omittatur. Verum mihi quidem etiam dubium videtur, an illius rei disputatio ad tolerabilem finem perducui possit, si quis, a nulla praejudicata opinione exersus prudenti diligentique earum rerum indagatione, quae in veterum fabulis et memoriis istius controversiae veram lucem afferre videantur, originem et naturam quatuor tribuum explicare conetur.

Quae a veteribus de quatuor tribubus produntur, diversi generis sunt, pars originem, pars ipsam naturam earum spectantia. Ab istis quidem indicibus, naturam tribuum indicantibus, in quibus primum locum ipsa harum nomina tenent, descriptionis illius peruestigandae exordium facere vel ideo, quia major est eorum numerus, convenire videri potest. Sed ea instituendae disputationis via ab initio statim tam necessario in diversarum illarum opinionum, conjecturarum, sententiarumque medias turbas tricasque ferret, ut vix, si eam persequeremur, ad satis probabilem disquisitionis exitum pervenire possemus. Quare fortasse non rejiciendum erit, si primum fabulas de origine quatuor tribuum profectas considerantes, quid verae memoriae his subfuerit, quantum possimus, disquirere, et quae inde nobis probata erunt, cum his, quae de natura tribuum ex veteribus colliguntur, comparantes tum demum ad firmam certamque de universo illo instituto probandam sententiam proficisci conemur. Quomodo enim, cognita descriptionis natura, facilius haud dubie originem ejus perspiceremus, eodem modo origo si prius perspecta erit, etiam naturae intelligendae facultatem praebit. Quare quum ea, quam modo indicavi, ratione, descriptionis quatuor tribuum et originem et constitutionis summam investigare conor, licebit puto, innumerabiles illas a viris doctis de ea re editas opiniones non collectas omnes deinceps persequi, sed eas modo, quae maximi momenti videantur, sententias, ubi ipsorum veterum testimonia quamque earum probare aut firmare videbuntur, diligentius singulas examinare et dijudicare.

## CAPUT I.

Quaeritur, quae fabularum, de Jone, Xuthi filio proditarum, fuerit origo et significatio.

---

Ex iis, quae a veteribus de quatuor tribuum origine memorata sunt, quod unum non conjecturis sed vetere memoria nititur, apparet esse fabulosum <sup>1)</sup>: Jonem, seu Xuthi seu Apollinis filium, postquam summum Athenarum imperium adeptus esset, civitatem Atticam in quatuor illas tribus divisisse, quae ab ejus quatuor filiis Geleonte, Aegicoreo, Argade, Hoplete nomina sua accepisse produntur.

Hos quidem filios secundum tribuum nomina fictos esse per se ipsum intelligitur; universae autem fabulae vis et sententia quo melius perspiciatur, primum quaerendum est, quae Jonis personae et fabularum, quae de eo feruntur <sup>2)</sup>, origo fuerit et prima significatio.

---

<sup>1)</sup> Herod. V. 66. *μετὰ δὲ τετραφύλους ἕοντας Ἀθηναίους δεκαφύλους ἐποίησε (scil. ὁ Κλεισθένης), τῶν Ἴωνος παίδων, Γελιόντος καὶ Αἰγικόροτος καὶ Ἀργάδεω καὶ Ὀπλητος ἀπαλλάξας τὰς ἐπωνυμίας.* —

<sup>2)</sup> Hae fabulae memorantur ab Herodoto VII. 94 et VIII. 44, ab Euripide in Jone tragoedia, plenissime autem a Strabone VIII. 1. p. 383. et a Pausania VII. 1. 2. —

Nemo non videt, Jonis personam nihil aliud nisi Jonum gentem et nomen significare. Duabus vero rationibus ejusmodi personae mythicae ad populi alicujus nomen significandum possunt fictae esse: aut ipsius populi fama, quae, quod populus sentiret, tanquam factum referret; aut eorum scriptorum acumine, qui posteriore aetate veterum fabularum tempora heroumque stirpes congerere et dijudicare studerent.

Jonis quidem personam et fabulam priore ratione fictam esse, jam inde apparet, quod eum Xuthi filium dicunt. Certe enim Jon, si altera ista, quam indicavimus, ratione sola genealogorum et chronologorum fraude inter heroes receptus esset, ab his fuisset heroïs filius dicendus, qui aut aliis fabulis jam omnibus notus, aut et ipse ad gentis vel civitatis vel alius cujuslibet rei notionem exprimendam ab illis modo fingendus fuisset <sup>1)</sup>. At Xuthi qui ejus pater fertur personam hoc quidem modo inventam esse, nemo putabit. Neque vero ea praeter Jonis fabulam videtur nimis celebrata fuisse: quin imo praeter hoc unum, quod Jon ejus filius dicitur, nihil omnino videtur vere vetere fabula de Xutho memoratum ad nos pervenisse. Quum enim, quidquid de Xuthi gestis et fortuna fama memorabat, ad Jonis historiam spectaret, de parentibus Xuthi nihil omnino traditum fuit. Qui quod auctore Hesiodo <sup>2)</sup> Hellenis filius fuisse dicitur, inventum apparet, ut, quae necessitudo inter Graeco-

---

<sup>1)</sup> Ita, ut exemplo utar, quae, ut septentrionalem Peloponnesi oram ab Jonibus habitam exprimerent, ex Helices urbis nomine reginam quandam Helicen Jonis uxorem effinxerant, iidem pari modo e finitima urbe Selinunte Selinuntem regem, patrem Helices, fabricaverunt. Cf. infra pag. 15.

<sup>2)</sup> Ἕλληνας δ' ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες,  
Δῶρος τε Ζεῦθός τε καὶ Αἰόλος ἱππιόχαρμης.  
Hes. fr. XXXII ed. Göttl. —

rum gentes, Hellenum nomine tum primum comprehensas, Hesiodi aetate intercedere coeperat, etiam fabula firmaretur, qua Achaïcae, Doricae, Jonicae, Aeolicae nationum auctores viderentur fratres fuisse. Euripidea vero narratio quae illum Aeoli, non Hellenis filium exhibet <sup>1)</sup>, vix gravioris momenti iudicanda est. Quomodo enim Graeci Aeolicae gentis nomine, quaecunque nationes ad unam stirpem referri aliter non possent, complecti consueverant, eodem modo inde ab Hesiodi aetate ii poetae et scriptores, qui omnes Graecas fabulas conjunctas et inter se conciliatas referre omniumque deorum et heroum genera a paucis auctoribus repetere studebant, quosdam heroes, quorum parentes aut nullos fama memoraret aut eos, qui cum aliis fabulis conciliari non possent, arbitrato suo videntur ad Aeoli stirpem revocavisse <sup>2)</sup>. Xuthum vero idem Euripides alio loco, quo Aeoli liberos enumerat (fr. Aeoli ap. Dicaearch. β. E. p. 22.), omittit <sup>3)</sup>.

Nec quae de ceteris filiis Xuthi memorantur, veteris et sinceræ famae sunt. Nam quod Achaeus quoque et apud Euripidem etiam Dorus <sup>4)</sup> ejus liberi feruntur, id ipsam non tam famae populari quam poetae alicujus inventioni debetur; qui quum hac fabula Achaeum vel Dorum Jonis fratrem praedicaret, Jones cum Achaeis vel Doriensibus propinquitate junctos fuisse indicare volebat. Neque illam fabulam, qua Deionis, Phocensium regis, uxor Diomedæ Xuthi filia

---

1) Eurip. Jon. v. 63:

*Ὀὐκ ἔγγενής ὤν, Αἰόλου δὲ τοῦ Αἰὸς  
Γεγώς Ἀχαιός. —*

2) Aliud hujus rationis exemplum praebet Perieres, quem vetus fabula Cynortae, genealogorum narratio Aeoli filium dicit. Cf. Apollod. I. 7. 3; III. 10. 4. Hesiod. fr. XXXII. 5.

3) De Aeolidis cf. O. Müller. Orchomenos S. 132 u. 133., qui eos quatuor heroes, quos Euripides l. c. enumerat, solos censet pristina et genuina fama Aeoli filios dictos fuisse.

4) Eurip. Jon. 1609 sequ. —



fuisse dicitur <sup>1)</sup>, ullo alio consilio inventam crediderim, quam ut Phocensium et Jonum, quae gentes amicitia jungebantur, etiam heroes patricii Deion et Xuthus viderentur affines fuisse.

Quod denique Aeclus et Cothus, Euboeae conditores, feruntur Xuthi filii <sup>2)</sup>, hac quoque fabula Euboeae antiqua cum Attica conjunctio significatur; quam ut fabulis firment, alii <sup>3)</sup> Aeclum et Cothum (quos Euboeam condidisse antiquior haud dubie fabula fuerat) cum tertio quodam Ellope, secundum vetus Euboeae nomen Ellopiam efficto, filios Jonis fuisse; alii Cecropem alterum, Erechtheti filium, Athenas Diadas in Euboeae litore condidisse <sup>4)</sup> narraverunt; alia denique, quam quidem vetustiore habuerim, fabula, quam Chalcedontis, Abantum regis, filiam Chalciopen, Aegaei Attici uxorem tradidit <sup>5)</sup>, jam vetustissimos Euboeae incolae, Abantes, cum Jonibus affinitate conjunxit.

Hae omnes igitur fabulae, quoniam gentes et nationes eorum heroem, quorum stirpes cum Xutho conjungant, Jonibus propinquos fuisse significant, certo non possunt natae esse, priusquam Xuthum Jonis patrem fuisse omnibus notum fuerit.

Quae quum ita sint, hoc quidem non est dabitandum, quin non universa saltem fabula de Xuthi filio Jone prodita genealogi alicujus arbitrio aetate inferiore inventa sit.

Quamquam videre oportet, num ea, siquidem in Atheniensium populo antiquitus natae esse constet, etiam ad nos plane integra et sincera pervenerit. Quin imo haud pauca in ea

<sup>1)</sup> Apollod. I. 9. 4. —

<sup>2)</sup> Strab. I. X. p. 445. —


<sup>3)</sup> Strab. I. c. —

<sup>4)</sup> Cf. Paus. I. 5. 3. —

<sup>5)</sup> Athen. XIII. p. 556. F.; cf. Hom. Jl. β. v. 540 sequ. τῶν αὐτῶν ἰγμεόνεῦ Ἐλεφήνωρ, ὄζος Ἄρηος, Χαλκωδοντιάδης, μεγαθύμων ἀεχὸς Ἀβάντων.

sunt, quae non antiquo rumore tradita, sed a poetis genealogicis et mythorum conscriptoribus ficta fuisse, etiam nunc possit facile perspici. Nam hos scriptores, simulatque in Jonis nomine cognoverunt Jonum gentis nomen inesse, impelli necesse fuit, ut fabulam, quam sua ratione accepissent, ad suum arbitrium emendarent et amplificarent. Eas gentes enim, quarum nominibus cognomines heroes celebrarentur, ab his singula nomina accepisse, constans omnium veterum opinio erat. Itaque illi Jonem habebant pro historiae homine, qui tamquam princeps nationis cum ceterorum regum et heroum stirpibus et temporibus conciliandus esset. Quodsi perpendimus, quomodo Jon inter ceteros Atticae reges heroesque collocatus sit, statim occurrit, ea, quae de Jonis cum iis necessitudine memorata sint, non tam antiquae famae, quam poetarum inventioni et arti deberi. Quam enim regum Atticorum series inde ab Erichthonio per ejus stirpem usque ad Thymoetam virilis progeniei continuitate deducatur <sup>1)</sup>, con-

<sup>1)</sup> Hoc loco stemma stirpis Erichthonii adjungendum erit, quale e mythologis colligitar.



tra Jon Xuthi filius tantummodo per matris Creusae vagam personam cum illa stirpe conjungitur. Quare etiamsi tabula illa stirpis Erichthonii, quo tempore Atticarum fabularum conscriptoribus Jonis herois figura occurit, firmam et constantem auctoritatem nondum adepta erat, tamen eae fabulae, quas isti homines ante oculos habebant; patrios illos heroes cum Erichthonii virili stirpe tam arcte conjunctos referebant, ut appareret, Jonem Xuthi filiam et Atticae principem, e virili ea stirpe non posse ortum esse. Quamobrem nihil illis relinquebatur, nisi ut Jonem materno saltem genere cum ea conjungerent. Xuthum igitur necesse erat herois alicujus Attici filiam in matrimonio habuisse. Quod vero ejus socer dictus est Erechtheus, hoc quidem in eo factum positum, quod hic ipse praeter ceteros tamquam praestantissimus heros et patronus antiquissimae Atticorum civitatis stirpisque regiae ab Erichthonio deductae celebrabatur; quamquam eodem jure Cecropem vel Erichthonium Xuthi socerum dici potuisse negari non potest. Filia autem Erechthei, quoniam nulla antiqua fama quidquam de ea traditum erat, accepit vagum nomen Creusae. *Κρέουσα* enim nihil valet nisi „reginam“ <sup>1)</sup>). Jam vero ut intelligeretur, quonam pacto Xuthus, quippe peregrinus heros, Erechthei gener factus esset, fingendum fuit, illum de Erechtheo ejusque populo bene meruisse, ac quidem, ut heroem, belli auxilio. Bellum autem antiquior quaedam, ut opinor, fabula memorabat ab Erechtheo contra Abantes, Euboeae incolas gestum

---

<sup>1)</sup> Forsitan aliae quoque Creusae, inque his Priami filia, Aeneae uxor, fictae fuisse, isto nomine indicentur. Videtur enim illud, aequae ac Creontis nomen iis heroïnis et heroibus imponi solitum esse, qui famae quidem ignoti, sed ad lacunam aliquam stemmatis mythici explendam necessario fingendi essent. Idem fere O. Müller de eo Creonte, quem Herculis socerum Euripides et alii memorant, (Dor. I. S. 429) judicat.

esse <sup>1)</sup>. Ita ea fabula inventa est, quae ad nos pervenit: Erechtheum Xutho, qui in bello contra Abantes sibi auxilium tulisset, Creusam filiam in matrimonium collocasse. Sed ut probaretur, ab Jone Jonum nomen Atheniensibus inditum esse, ne haec quidem fabula ficta suffecit. Neque enim est dubium, quin jam tum fama fuerit de Erechthei virili progenie, prae qua Jonem Erechthei e filia nepotem, nationi nomen indidisse per se ipsum non nimis erat verisimile. Necessesse fuit igitur, ut etiam Jon simili modo atque Xuthus pater de Attica civitate bello meritis fuisse fingeretur. Quamobrem Jon pro Attica civitate in bello contra Eumolpum, Eleusinis regem, quod et ipsum Erechthei tempore accidisse antiqua fama tradiderat, narratur arma tulisse et praeclara opera edidisse, quibus gestis tantam auctoritatem obtinuisse fertur, ut populus Atheniensium et summam imperii ad eum deferret et Jonum nomen ab eo traheret. Quod enim Jon belli Eleusini particeps dicitur, hoc inferiore modo aetate inventum esse, prisca autem et sincera fama Erechtheum modo, Athenarum regem illud bellum contra Thraces et Eumolpum confecisse traditum fuisse, facile potest percipi. Nam praeter Euripidem <sup>2)</sup>, qui quidem solus in hac re documento esse non potest, etiam aliorum veterum locis, qui illud bellum describunt, Erechtheus solus in eo Atheniensium dux et heros memoratur <sup>3)</sup>. Et hoc quidem confirmatur non solum sacra illa et vetusta fabula de Erechthei filiabus, quae propter Dei oraculum ab ipso patre victoriae

---

<sup>1)</sup> ἦν τὰς Ἀθήναις τοῖς δὲ Χαλκιδονίδαις,  
οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοῖδα, πολέμιος κλυδών.

Eurip. Jon. vv. 59 — 60. —

<sup>2)</sup> Fragm. Erechthei. —

<sup>3)</sup> Cf. Apollod. III. 15. 4. — Paus. I. 5. 2; 27. 5; 38. 3. — Lycurg. adv. Leocr. 24. —

causa immolatae esse dicuntur <sup>1)</sup>, sed etiam illa fama, quae sive Eumolpum sive filium ejus Jmmaradum ab ipso Erechtheo occisum celebrabat <sup>2)</sup>. Contra Jonis auxilium nusquam memoratur, nisi ut explicetur, qua causa ille Atticae dominum adeptus sit <sup>3)</sup>, aut a lexicographis ad Boedromiorum originem explicandam. Haec tamen sollemnia quod cum Jonis contra Eumolpum pugna conjunguntur <sup>4)</sup>, id tantum abest ut hujus pugnae famam confirmet, ut etiam non parvo tempore post illam fictum esse videatur. Boedromiorum enim nomen sine dubio derivatum est e nomine Apollinis Boedromii, deī bellici, quippe in cujus honorem illa agerentur. Posteriore demum tempore homines a certe quodam facto ea repetere studebant: quare, ex quo tempore Jon Apollinis filius in bello contra Eumolpum pro Atheniensibus pugnasse prodi coeperat, nonnulli narratione illa, quae apud lexicographos legitur, Boedromiorum nominisque eorum originem expediebant. Neque enim veteres et populari fama eam narrationem niti, sed revera ad illum finem ab aliquo pro libidine factam esse, jam inde apparet, quod de eo heroē, ad cujus auxilium bellicum Boedromiorum origo nomenque referenda sint, minime sibi fabulae constant. Etymologici Magni enim alio quodam loco <sup>5)</sup> ipsi Xuthe caedem in bello Eleusinie partes

<sup>1)</sup> Cf. Eurip. fragm. Erechthei. — Lycarg l. c. —

<sup>2)</sup> Cujus famae exempla sunt statuae, quas in templo Minervae Poliadis positas Erechtheum cum Eumolpo sive Jmmarado pugnantem fluxisse, auctor est Pausanias I. 27. 5.

<sup>3)</sup> Ut Pausan VII. 1. 2. Strab. l. c.

<sup>4)</sup> Harpocrat. s. v. Βοηδρομία. *Ἀημοσθένης Φιλιππικοῖς, ἰορτή τις Ἀθηναίων οὕτω καλουμένη, ἣν φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ νενομίσθαι ἐπειδὴ Ἴων ὁ Ξουθου ἐβοήθησε σπονδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθεῖως βασιλεύοντος. βοηδρομεῖν γὰρ τὸ βοηθεῖν ἀνομάζετο, τοῦτεστιν ἐπὶ μάχην δραμεῖν.* Cf. Suid. s. v. Βοηδρομεῖν et Etymol. M. s. v. Βοηδρομιῶν. —

<sup>5)</sup> s. v. Βοηδρομεῖν p. 202. —

attribuentur, quas apud plerosque filius Jon agit, et a Xutho repetuntur Boedromia. Plutarchus vero, et ipse temere, sollemnja illa nomenque eorum ex ea victoria ducit, quam Theseus de Amazonibus reportasse dicitur <sup>1)</sup>.

Neque vero soli Attici fuerant Jones. Quare neque eos solos, sed etiam priores illos Achajae incolas, qui, et ipsi ex Jonica stirpe oriundi, Melanthis regis aetate ex illa terra migraverant, Jones Aegialenses <sup>2)</sup>, ab Jone nomen accepisse mythologis fingendum erat. Quod ut satis verisimile fieret, admodum artificiosa et contorta inventione opus fuit. Nam ut Jon, quem prior illa narratio Atheniensium principem celebraverat, Aegialensium quoque, cum illis nullo civitatis vinculo conjunctorum, princeps fuisse crederetur, fingendum erat, aut eum ipsum aut Xuthum patrem Athenis pulsum in *αἰγιαλόν* illum venisse. Itaque narratum est: Xuthum quum Erechtheo mortuo ab ejus filiis de regni successione litigantibus arbiter sumtus pro Cecrope secundo didicasset ab hujus fratribus Attica expulsus esse et in Aegialum commigravisse. Ubi, Xutho mortuo, Jonem filium, quum Helicen Selinuntis regis filiam — eadem fere ratione, qua Xuthus cum Creusa nuptiis junctus esse dictus est — in matrimonium duxisset, regnum Aegialensium nactum esse. Tum demum Jon dicitur Atheniensibus contra Eumolpum suppetias talisse; quo facto, quum tantam auctoritatem adeptus esset, ut genti Atticae et leges constitueret et nomen imponeret, in Attica obiisse traditur <sup>3)</sup>. Quae qui narrant, quod contra vetustissimam famam bellum Eleusinium post mortem Erechthei gestum dicunt vel non animadvertunt, vel negligunt.

---

<sup>1)</sup> Plut. Thes. c. 27. —

<sup>2)</sup> Ἴωνες Αἰγιαλεῖς. —

<sup>3)</sup> Paus. VII. 1. 2. —

Has igitur omnes narrationes, quae de Xuthi et Jonis vita ac gestis vulgo feruntur, non vetere et populari fama niti, sed ex conjecturis fictas et arte compositas esse, non solum per se veri haud absimile est, sed etiam iis, quae illae fabellae habent propria et singularia, maximopere comprobatur. Quae si, ut pristina fama oriundae, pectorum et ipsius populi ore et memoria per multa saecula propagatae illisque scriptoribus, a quibus nos eas accepimus, traditae essent, neque ipsae omni poetico spiritu et vigore, neque personae, quae partes in iis agunt, certa indolis et ingeni descriptione tam prorsus carerent; neque, quae res gestae narrantur, praeberent jejunam istam et frigidam, tamquam verae historiae, speciem, quum tamen ita viderentur contortae et implicatae, ut revera eas accidisse vix cogitari posset; neque denique totae narratiunculae essent ista specie et indole, propter quam non solum opinari licet, sed etiam videtur probabile, ab inferioribus mythologis eas esse inventas, quo facilius nomen gentis Jonicae ab Jonis nomine repeti posset.

Illud enim solum fabulae momentum, quod non sicut cetera omnia fictione quadam mythologica, sed vera alicujus facti fama ortum videri potest, id est: quod in ea potissimum parte Atticae, quae τετραπολις vocatur, Xuthus habitasse proditur <sup>1)</sup>. Id ipsum vero quod tantopere a reliquis fabulae momenti alienum est, tantum abest, ut totius fabulae indolem immutet, ut aliunde repetitum et his narratiunculis interpositum esse appareat. Sed de hac re infra loquendum erit <sup>2)</sup>. Multo magis vero, quam nobis, et longo

<sup>1)</sup> Strab. VIII. 1. p. 383. *Ξούθος δὲ τὴν Ἐρεχθίδος θυγατέρα γήμας ᾤκισε τὴν Τετραπόλιν πρὸς Ἀττικῆς Οἰκίην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον καὶ Τρικώρυθον.* —

<sup>2)</sup> cf. cap. V. —

diversa de causa, Atheniensibus temporis Pericli fabula illa, qualis e manibus mythologorum exierat, displicuisse videtur. Nam eam gentem, quae se solam ex omnibus Graecorum nationibus patriam suam ab origine incoltae gloria-retar, aegerrime ferre necesse fuit, nomen patrium et vetus-tissimum quatuor tribuum institutum a peregrino heroe re-peti. Itaque Euripides ea tragoedia, cui Jonis titulus inscrip-tus est, totam illam fabulam denuo in eam formam fingere ausus est, ut Jon non peregrinus, sed indigena fuisse vi-deretur. Quare facit Jonem Apollinis et Creusae filium fuisse, quem postquam mater furtive natum exposuerit, pater in templum Delphicum recepisse ibique educasse fingitur. Po-stea quum Xuthus, e peregrina stirpe natus, qui interea Creu-sam in matrimonium duxerat, necdum prolem ex ea susce-perat, deum Delphicum de ea consuleret, tum Apollo Jonem ei tanquam filium, pridem e Delphica puella genitum falso commendasse, atque hac ratione suo filio Joni Atticae reg-num fertur comparasse. Facile perspicitur, totam hanc tra-goediae Euripideae fabulam, praesertim quae de Jonis edu-catione in templo Delphico, de Xuthi cum Delphica illa puella amoribus, de errore matris denique, quo illa adducta veneno filium interimere conata sit, produntur, ab ipso Euripide magna arte et solertia inventa esse, ut et Jon non e peregrina, sed e mera Attica stirpe ortus videretur, neve tragoedia oblectatione auditorum careret. Necesse tamen est, Euripi-di, ut consilium fabulae in hunc modum transformandae caperet, vetusta fama aliquid proditum fuisse, quo tanquam fundamento usus fabulam sua ratione denuo construere au-deret. Hoc vero fundamentum nihil aliud fuisse potest, quam illa fama — etiam alia via memoriae prodita — quae non Xuthum sed Apollinem Jonis patrem fuisse memorabat. Quod si ponimus, Euripides controversiam modo duarum fabularum inter se pugnantium sua fictione in gratiam populi Athenien-sis composuit, quum contra, nisi ejusmodi vetusta fama ni-



xus esset, neque quod tanta audacia fabulam tam prorsus immutaverit, neque cur ipsum Apollinem pro Xutho patrem Jonis substituerit, satis posset intelligi. Sed ut de hac re recte judicemus, illud quoque considerandum est, quod Od. Müllerus primus coniecit: duas istas fabulae formas, quarum altera Xuthum, altera Apollinem Jonis patrem memorat, principio diversas omnino non fuisse <sup>1)</sup>. Notum est enim pro *ξανθός*, flavus, etiam *ξανθός* in usu fuisse <sup>2)</sup>. Quare quoniam Apollo flavus cogitari et fingi solebat, cognomine *ξανθός* eum appellatum esse admodum verisimile est. Porro quum eo cognomine solo Apollo a nonnullis appellari coepisset, ut non raro in veteribus fabulis evenit, paulatim alius quidam heros Xuthus opinione hominum videtur fictus esse eodem fere modo, quo e cognominibus Neptuni duo heroës Aegæus et Erechtheus errore hominum facti sunt. Quare Euripides, quum Apollinem pro Xutho Jonis patrem fuisse contendit, duntaxat antiquissimam fabulae formam videtur restituisse. Haec Mülleri conjectura quum per se ipsam non displiceat, tum, si spectamus Xuthi personam neque ipsam accurate descriptam, nec cum aliis fabulis et personis mythicis connexam et aptam esse, certe videtur probabilissima.

Ceterum, quoniam vulgatae illius formae fabula, quippe quae a peregrino heroe nomen gentile et stirpem regiam Atheniensium repeteret, tantum in horum animis odium movit, ut Euripides cum eorum assensu illam penitus immutare auderet, mirari potest aliquis, cur tandem primi fabricatores fabulae (siquidem, id quod verisimile est, et ipsi fuerant

---

<sup>1)</sup> O. Müller, Prolegomena S. 273 — 74. — Dorier Bd. I. p. 246. Cf. etiam God. Hermann. praef. ad Eurip. Jonem. p. XXXII.

<sup>2)</sup> Cferas lexica. —

Attici) in hanc formam ~~eam~~ effinxerint. Sed apertum est, eos ad hoc coactos fuisse quum constanti sui temporis opinione, secundam quam non heroïs nomen a cognomine populo, sed nomen populi ab heroïs nomine repetendum esset, tum vetustae famae majore tunc necdum fracta auctoritate et reverentia, propter quam non liceret pro Xutho advena, ejus filium Jonem antiquior fama praedicaret, alium quemquam hujus patrem substituere. Atqui illud quidem opinari licebit, mythologos istos ea sola in fabulam recepisse, quae aut ipsa antiquitus sibi tradita, aut ad ea, quae vetusta fama de Jone memoraret, cum Atticorum regum stemmate concilianda necessaria sibi visa fuissent; nihil vero praeter necessitatem e suo cerebro addidisse, quo priscam Atheniensium ut indigenae nationis laudem offendi necesse fuisset. Quod si probatur, apertum est, illud, quod quatuor pristinae tribus Atheniensium ab Jone originem et ab ejusdem quatuor filiis nomina traxisse a multis auctoribus feruntur, non eadem ratione, quam illas de vitis gestisque Xuthi et Jonis traditas narrationes, a mythologis pro arbitrio inventum, sed vetusta certe fama memoratum fuisse. Nemo enim non videt, nec gloriae gentis indigenae commodum fuisse, quod ab heroe, peregrino patre orto, et nomen et leges accepisse tradita est, neque consilio adnectendi Jonis ad Atticorum regum seriem inventionem istius rei, quippe quae totam fabulam minus probabilem redderet, ullo modo convenisse. Quae quum ita sint, id ipsum, possumus colligere, quod illi mythologi quatuor tribus ad Jonem ejusque filios vetusta fama revocatas accepissent, pari modo ac necessitatem nominis Jonici ab Jone repetendi, totius complicatae et contortae fabulae fabricandae ipsam causam praebuisse.

Quodsi meminimus praeter hoc ex universa fabula nihil aliud nobis disquirentibus vere vetere fama niti visum esse, quam ipsam personam Jonis, Xuthi vel potius Apollinis filii, hanc personam cum illis de tribuum origine predictis non

conjungere profecto non possumus, neque quidquam nos impedit, quin primam quasi radicem totius fabulae de Jone et Xutho hanc vetustam famam fuisse credamus: „Jonem „Xuthi filium populum Atticum in quatuor tribus „divisisse hisque a quatuor filiis Geleonte, Aegicores, Argade, Hoplete nomina indidisse.“

Haec summa disquisitionis nostrae etiam gravioris sit momenti, si illud consideramus, quod supra tamquam compertum et probatum a nobis praetermissum est, neque profecto nostro tempore disputatione eget: ipsam Jonis personam nihil valere nisi id, quod jam veteres mythologi — sua quidem ratione, sed tamen recte — illa significari cognoverant: gentem et nomen Jonum. Etiam si enim Atticum populum ad illam gentem pertinuisse constat, tamen non minus certum est, eos hanc necessitudinem non magni aestimasse, sed neglexisse potius et despiciatui habuisse <sup>1)</sup>, et multo magis certe, quod Athenienses et Atticae terrae primi indigenaeque incolae, quam quod Jones essent, laetari et gloriari esse solitos. Nec modo aetatibus Solonis et Herodoti, sed etiam superioribus illis temporibus, e quibus plures fabulae quam historiae nobis traditae sunt, Athenienses eodem illo animo fuerunt. Nam si Atticorum regum et heroum tabulam modo leviter intuemur, statim intelligimus, hos fere omnes nominibus, stirpe, gestis non gentis Jonum, sed Atticae terrae, civitatis, religionis heroes esse. Hoc imprimis de Cecrope, Actaeo, Cranao, Amphictyone, Pandione, Erichthonio, Erechtheo hujusque tota stirpe dici potest, eoque praesertim Cecrops, qui urbem condidit, et Erechtheus tam-

---

<sup>1)</sup> Herod. I. 143. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Ἴωνες καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἔφηνον τὸ ὄνομα, οὐ βουλόμενοι Ἴωνες κεκληθῆναι: ἀλλὰ καὶ τῶν φαίνονται μοι εἰ πολλοὶ αὐτῶν ἐπαισχύνεσθαι τῷ ὀνόματι. —

quam auctores et patroni populi Attici celebrari solebant. Neque etiam ipse Theseus, a quo rempublicam Atheniensium regesque principes institutas esse fabulae ferunt, etsi non solum Atticae sed etiam finitimarum quarundam urbium heros fuit, ut nonnullis <sup>1)</sup> placuit, tamquam patronus gentis Jonicae indigenis illis heroibus comparandus est, cum quibus arctissime potius antiquis fabulis conjungitur. Quae quum ita sint, eo notabilius videtur, quod unum illud tam grave institutum quatuor pristinarum tribuum non ad indigenas illos Cecropes et Erechtheos sed omnium consensu ad eum heroem revocatur, qui aperte Jonicae gentis patronus est, imo cujus persona, quoniam nobis quidem nihil aliud vera et vetusta fama de ea proditum est, videatur paene ob nullam aliam causam ipsa ficta esse, nisi ut in illa de origine tribuum vulgata fabula Jonicam gentem significaret. Hac igitur certe in re, si alicubi, sub fabula verum factum videtur latere et e fabulosa illa tribuum ab Jone ejusque filiis originatione colligere licet: originem illarum cum gente nomineque Jonum quodam nexu revera conjunctam fuisse.

Quod qua ratione accipiendum sit, ut intelligatur, ante omnia disquirendum est, quae fuerit illius nominis et gentis notio, quaeque cum Attico populo Atticaeque republica necessitudo.

---

<sup>1)</sup> Ita Od. Müller. Dorier Bd. 1. S. 237 figde. — Wachsmuth, hellen. Alterthskde. I. 1. S. 224 figde. — Vid. infra cap. II. —

## CAPUT II.

De variis Jonicae gentis populique Attici nominibus eorumque cum descriptione tribuum connexu.

---

Praeter Atticos etiam septemtrionalis Peloponnesi orae, quae tunc Aegialus, postea Achaja dicta est, pristini incolae, deinde Troezenii, Epidaurii <sup>1)</sup>, Cynurii <sup>2)</sup>, ante Doricam migrationem nomen Ionicum habuerunt. Eadem vero nationes, imprimis Atticae et Aegiali incolae, compluria etiam alia nomina gessere, quarum qui cum illo fuerit connexus, primum videre oportet. Antiquissimum et accuratissimum est, quod de nominibus Jonum Atticorum Herodotus narrat libri VIII. cap. 44. Ἀθηναῖοι δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην ἦσαν Πελασγοὶ, οὐνομαζόμενοι Κραναοὶ, ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλέος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι, ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθέος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν, Ἴωνος δὲ τοῦ ἑοῦθου στρατάρχειο γενομένου Ἀθηναῖοισι, ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες. Dicuntur igitur omnia ea nomina Pelasgorum, Cranaorum, Cecropidarum, Atheniensium, Jonum vera ejusdem populi vocabula fuisse, quae is variis occasionibus paulatim singula accepisset, ita ut pristina aut submoverentur novis, aut praeter ea et ipsa manerent. Persimilia sunt, quae idem Herodotus de Aegialensium Jonum nominibus libri VII. capite 94. prodit: Ἴωνες

---

<sup>1)</sup> Pausan. VII. 4. 3. —

<sup>2)</sup> Herod. VIII. 73. —

δὲ, ὄσον μὲν χρόνον ἐν Πελοποννήσῳ ὄκειον τὴν νῦν καλομένην Ἀχαιίην, καὶ πρὶν ἢ Δαναόν τε καὶ Εὐθύδον ἀπικέσθαι εἰς Πελοπόννησον, ὡς Ἕλληνες λέγουσι, ἐκαλίοντο Παλασγοὶ Λιγαλιῆς, ἐπὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Εὐθύδου Ἴωνες.

Haec tamen pro plane probis et idoneis testimoniis haberi nullo pacto possunt. Apparet enim ea maximam in partem nullo alio fundamento quam superstitione mythologica niti. Nam Graeci pridem consueverant, omne nomen gentile et nonnulla urbium regionumque nomina a patronorum heroumque convenientibus nominibus repetere, quae nisi jam vetusta fama erant tradita, posteriore quoque tempore, quo populares fabulae rariores jam nascebantur, ad illum finem modo fingi solebant. Ejusmodi innumerabiles inventas heroum fabulas cum veris et vetusta fama proditis mixtas et connexas, inde ab Hesiodi aetate poëtae genealogiarum et fabulosae historiae scriptores inter se composuerant et redegerant in certam disciplinae cujusdam mythicae formam, qua quidquid tradebatur exinde pro certa historiae memoria a plerisque habitum est. Qua opinione etiam Herodotus tenetur, etsi nunquam, vere historicam memoriam vel suum ipsius liberum judicium secutus, illam negligere audeat. De nostro vero loco apertum est, Herodotum, quod nomina Cecropidarum a Cecrope, Atheniensium ab Erechtheo, Jonum ab Jone repeteret, tantummodo fabularum Atticarum conscriptores secutum esse: a quibus quum Cecropem Erechtheus, Erechtheum Jon aetate secutus esse narraretur <sup>1)</sup>, eo ipso praescriptum fuit Herodoto, ut eodem illo ordine paria gentis nomina se invicem excepisse scriberet. Neque ulla alia causa quam indiligentia quadam emisit Herodotus Atticorum quoque nomen, ab Atthide Amphictyonis uxore accep-

<sup>1)</sup> Cfer. Apollod. III. 14 sqq. — Justin. II. 6. —

tum <sup>1)</sup> ante nomen Atheniensium serici injungere. Quamquam non totus ille Herodoti locus mythologorum auctoritate nititur. Nam qua ratione homines illa populi nomina fictis personis Cecropis, Erechthei, Jonis, significabant, eodem etiam Cranaorum nomen in Cranaï regis <sup>2)</sup>, Aegialensium vero in Aegialeï regis <sup>3)</sup> personam constituerant, quorum alter Cecropem in regno Atticae secutus esse, alter Jonis socer fuisse fertur. Tamen Herodotus neque illa nomina ad hos reges refert, neque in temporum ratione horum genealogiam sequitur; nam Cranaorum nomen nomine Cecropidarum antiquius fuisse prodit. Quodsi sumere licet, Herodotum duos illos heroes notos habuisse, in hac re historicum ejus judicium superstitionem mythicam superavit, quia etiam ipsi apertissimum visum est, Κραναοί et Αιγιαλεῖς non posse a nominibus propriis, sed alterum ab adjectivo κραναός, saxosus, alterum a substantivo αιγιαλός, ora maritima, derivata esse <sup>4)</sup>. Certe vero hunc locum, quique alii liberum Herodoti judicium nec superstitionibus turbatum referunt, nostrae disquisitionis fundamenta habere debemus.

Primum igitur, et Athenienses et Aegialenses principio Pelagos fuisse, Herodotus praeter laudatum locum etiam libri I. capite 56 et 57. et libri II. capite 51. testatur; neque tamen hoc nomen ceteris utriusque populi nominibus ex adverso opponit, immo quum juxta hoc etiam nomen

<sup>1)</sup> Id quod Apollodorus l. III. c. 14. §. 5. memorat. —

<sup>2)</sup> Apollod. l. c. — Strab. l. IX. pag. 397., quo loco similiter atque apud Herodotum varia Atticae nomina ad nomina heroum revocantur. —

<sup>3)</sup> Apollod. II. 1. 1. —

<sup>4)</sup> Hoc Pausania auctore alii quoque veteres senserunt. Cf. VII. 1. 1. — Καὶ οἱ νεμόμενοι τὴν γῆν ἔκαλοῦντο Αἰγιαλεῖς, λόγῳ μὲν τῶν Σικωνίων ἀπὸ Αἰγιαλείως βασιλεύσαντος ἐν τῇ νῦν Σικωνίᾳ. εἰσὶ δὲ, οἳ φασιν ἀπὸ τῆς χώρας. εἶναι γὰρ αὐτῆς τὸ πάλαι Αἰγιαλόν. —

Oraneorum et mox Coeropidarum Athenienses, Aegiali incolae illud cum Aegialensium nomine una gessisse narrat, haec bina cuique reliquorum videtur opponere. Quo vero tempore Pelasgi fuerint Athenienses, libri VIII cap. 44. his verbis indicat: „ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἔχοντων τὴν νῦν Ἑλλάδα.“ Unde apparet, id quod Herodotus Athenienses prodiderat fuisse Pelasgos, nexu quodam cum generali ejus sententia de nominis Pelasgici vi et historia coniunctum esse. Antiquissimo enim tempore eas nationes, quae tum Graeciam incoluerant, cunctas, aut plurimas saltem earum, universo quodam nomine Pelasgos appellatos esse censet, id quod praeter Jones etiam de Aeolibus <sup>1)</sup> et de Arcadibus <sup>2)</sup> nominatim memorat. Praeter hanc autem Pelasgicarum nationum universitatem alteram quandam existisse putat Hellenicam, quae censet paulo inferiore tempore tantopere illam superari coeptam esse, ut at ipsius plurimi et potentissimi populi, ad alteram transeuntes, pristinum illud generale nomen Pelasgorum cum novo Hellenum, salvis tamen propriis singularum nationum moribus et nominibus, commutarent. Quae vero tempore Jones Attici et Aegialenses, postquam Pelasgi esse desierint, facti sint Hellenes, hoc neque Herodoto ad liquidum exploratum est. Nam videri quidem potest e libri II. capite 51 <sup>3)</sup> colligendum esse, nomina illa

<sup>1)</sup> L. VII. c. 95. —

<sup>2)</sup> L. I. 146. —

<sup>3)</sup> Her. II. 51. — τοῦ δὲ Ἑρμῆος τὰ ἀγάλματα ὄρθα ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, (scil. Ἕλληνες) οὐκ ἀπὸ Αἰγυπτίων μεμαθήκασιν, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν, πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἀπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ τούτων ἄλλοι Ἀθηναῖοι· σὶ γὰρ ἤδη τηρικαῦτα ἐς Ἑλλήνας τελέουσι Πελασγοὶ συναίκοι ἐγένοντο ἐν τῇ χώρῃ, ὁθεντερ καὶ Ἕλληνες ἤρξαντο νομισθῆναι. Pelasgi isti, quos H. dicit cum Atheniensibus, in Attica fuisse, Pelasgi Tyrreni sunt, quorum historia ab eodem Herodoto l. VI. c. 137 — 140. uberius exponitur. —



ab Atheniensibus certe ante magnam Dorum migrationem esse mutata: Pelasgorum enim Tyrrhenaerum in Atticam receptio, cujus tempore, teste isto Herodoteo loco, Athenienses jam ad Hellenes pertinebant, in eandem aetatem incidit, qua Boeoti Aeoles in Bosotiam commigraverant <sup>1)</sup>. Quamobrem exspectaveris, illi tempori nominum istam mutationem ab Herodoto attribui, quo Jon cum cetera Hellenis subole in meridionalem Graeciam commigravisse feratur. Huic tamen opinioni videtur alius locus repugnare, quo quidem Herodotus uberrime de diversis illis Graecorum nominibus disserit, libri I. caput 56: *Μετὰ δὲ ταῦτα ἐφράντιζε (scil. Κροῖσος) ἱστορίων, τοὺς ἀν' Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἔοντας προσεπήσαστο φίλους. ἱστορίων δὲ εὗρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας, τοὺς μὲν τοῦ Δωρικοῦ γένους, τοὺς δὲ τοῦ Ἰωνικοῦ. ταῦτα γὰρ ἦν τὰ προκεκριμένα ἔοντα τὸ ἀρχαῖον, τὸ μὲν Ἥελασγικόν, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἔθνος. καὶ τὸ μὲν οὐφάμη κω ἐξεχώρησε, τὸ δὲ πολυπλόνητον κάρτα. κ. τ. λ.* Numerantur igitur Athenienses, quippe qui sint Jones, inter Pelasgos, quum tamen ab Jone, a quo secundum priorem illum Herodoteum locum (VIII. 44.) nomen Ionicum primum acceperant, Hellenum quoque nomen, quippe ab Hellenis nepote, iis inditum fuisse oporteret. Reapse vero Herodotus, fabulosa utriusque nominis originatione plane neglecta, suam potius historicam conjecturam de re hoc loco videtur exposuisse. Enitet enim ex eo libera quaedam et integra de nationum illarum nominibus sententia, quae ab ea, quam supra descripsimus, genealogica nominum deductione longe aliena est. Nam comparatis Atheniensibus et Lacedaemoniis, hi primum opponuntur illis ut civitas gentis Doricae Ionicae gentis

---

<sup>1)</sup> Cf. Od. Müller, Orchomenos p. 432 figde. — Strab. IX. p. 401. —

civitati, deinde Athenienses, quippe Ionica natio, principio, dicuntur, pertinuisse ad Pelasgos, Dorica vero omni tempore inter Hellenes numerata esse. Videtur igitur Herodoto, quomodo „Dores“ nomen gentile Lacedaemoniorum, eodem modo nomen Jonum ipsius eius gentis, cujus pars erat populus Atheniensis, proprium vocabulum fuisse; quod, quamquam generali complurium gentium nomini Pelasgico, aequae ac Doricum generali Hellenum nomini, principio subjectum fuerit, tamen, postquam ea gens, cujus erat proprium, Pelasgica illa universitate relicta, ad Hellenes pertinere coepit, nihilo minus perduraverit.

Et profecto quidem, quae amborum illorum nominum, Pelasgici et Jonici, inter se conjunctio fuerit, siquidem Attici et Aegialenses, nec minus Arcades et Aeoles, revera fuerunt unquam Pelasgi, vix aliter potest intelligi. Nam id quod alii nomen Pelasgorum existimant, tamquam et ipsum fuerit gentile, Ionicae gentis nomini oppositum fuisse, Athenienses vero ceterosque istos populos, quum nomen Pelasgicum abjecissent, relictis propriis suae gentis moribus in aliam quodammodo gentem, Ionicam scilicet aut Aeolicam, se transformasse: hoc jam ob eam causam incredibile apparet, quoniam omnes illos populos constat omni tempore sui juris fuisse. Nomen enim et mores gentis cum gentis libertate artissime conjuncta sunt, nec nisi a populo exterorum ditioni subjecto abjici et cum novis et externis mutari solent. Jam vero de eo potest dubitari, num revera, id quod Herodotus narrat, Athenienses et Aegialenses principio fuerint Pelasgi. Profecto enim difficile intellectu est, quo documento illud Herodoto possit probatum fuisse. Nam si qua vetusta fabula Herodoti ista auctoritas nixa fuisset, fabulosae hujus originis vestigia, sicut in ceteris ab eodem de Atheniensium nominibus proditis<sup>1)</sup>, in ea quoque neces-

<sup>1)</sup> Cf. VIII. 44. —

sario adhuc apparent. Nec traditum est, in Atticis quoque, sicut in Arcadicis, fabulis heroem ullam Pelasgum celebratum fuisse. De re autem tam vetusta memoriam ullam aliam, quam fabulosam, Herodoto proditam fuisse, non admodum verisimile est<sup>1)</sup>. Quare quoniam praeter Herodotum — quantum mihi quidem compertum est — a nullo veterum memoratur, Athenienses antiquitus inter Pelasgos numeratos fuisse<sup>2)</sup>, adduci poterit aliquis, ut illud conjectura modo Herodotea niti existimet, secundum universam ejus opinionem de Pelasgici nominis vi et fortunis facta. Sed hoc ad nostram disputationem non pertinet. Sufficiat nobis, quod nostrae disquisitionis haec summa constat: inter omnia et Atticorum et Aegialensium nomina, de quibus diximus, solum Jonicum horum populorum gentile et quoddam hereditarium fuisse, sive gentem Jonicam principio partem modo Pelasgicae cujusdam gentium universitatis fuisse, sive hoc minus probabile esse putamus. Cetera enim nomina, quae Herodotus enumerat, a locis modo et sedibus Jonicis populis indita esse apparet. Nam et *Αἰγιαλοῖς* et *Ἀτταεῖ* orae maritimae incolas, *Κερανοί* incolas terrae saxosae significant. Cecropidarum autem et Atheniensium vocabula ab urbe demum Jonibus Atticis indita esse apertum est. Itaque

---

1) Cf. quae Od. Müllerus proleg. p. 215. disserit: „Herodot und seine Nachfolger hatten ja über jene Vorzeit“ (de tempore, quod Doricam migrationem antecessit) „durchaus „keine eigene Nachrichten. Sie konnten keine ändern benutzen, als mythische, theils aus der Tradition theils aus poetischer Bearbeitung geschöpfte; wie sie dieselben benutzt, „können wir noch jetzt sehr oft beurtheilen.“ —

2) Perperam aliquis Pelasgicum murum, qui in arce Athenarum fuit, pro Herodoteae opinionis testimonio afferret. Hic enim a sejuncta illa Pelasgorum Tyrrhenorum natione exstructus est, quae nonnunquam cum ipso Attico populo confunditur. Cf. Herod. VI. 137—140. et Od. Müller. Orchomenos l. c. —

haec omnia nomina tantum abest, ut sibi sint opposita, ut singuli iidem populi pro stirpe Jones, pro populorum universitate, cujus partes essent, Pelasgi, pro sede denique aut urbe alter Cranai, Attici, Athenienses, alter Aegialenses, eodem tempore dicti esse possint.

Huic vero sententiae de nominum illorum mutuo nexu, quae ex Herodoti locis et ex ipsa rei natura consequi videtur, alia quaedam opposita est, quae, quantum ego scio, ab Od. Müllero uberrime explicata et probata est. Quae quum et apud eum et apud alios cum certa quadam sententia de quatuor tribubus arcte conjuncta sit, de hac quoque una cum illa jam hoc loco erit disserendum.

Existimat igitur Müllerus, Jones et ab Atticae et a ceterarum regionum, circum Corinthiacum Saronicumque sinum sitarum, quae secundum veteres prisco tempore erant ab Jonibus habitatae, primis incolis longe diversam gentem fuisse. Quam gentem, postquam a natione quadam septentrionali (ut quidem suspicatur: Achaïca) se separaverit, eas regiones, quas olim incoluisse fertur, putat invasisse priscosque earum incolas vi subegisse. Quo facto Atticam civitatem in eam formam esse redactam, cujus quasi reliquiae quatuor istae tribus usque ad Clisthenem perduraverint. Jones enim in sejunctum militum ordinem congregatos rei-publicae imperium tenuisse; priscos autem Pelasgicae stirpis incolas, ipsos in tres tribus divisos, neque connubiis cum Jonicae stirpis hopletibus mistos, tantum obedivisse <sup>1)</sup>. Quae opinio fabulis, praesertim quae de Atticis Jonicisque heroibus proditae sunt, Müllero probatur. Jam Hellenis pro-

---

<sup>1)</sup> Istam opinionem exposuit Müllerus variis locis: Orchomenos S. 121 et S. 302; in libro de sacris Minervae Polladis p. 2 et 12, uberrime vero in libri I. de Doribus pp. 237 sqq. —

sapiae stemma, quod ab Hesiodo memoretur. poetica forma, ait, veram memoriam continere <sup>1)</sup>: Jones a septentrione Atticam et Aegialum invasisse. Magis expressa autem et perspicua hujus invasionis vestigia in iis fabulis cognoscit, quae narrent, quomodo Jon, cujus persona Jonicum nomen significetur, in Atticam receptus sit. Quod enim Jon in Atheniensium bello contra Eumolpum πολέμαρχος fuisse dicatur, eo indicari, Jones non ut ceteros Atticos negotiis pacis occupatos, sed tantummodo milites fuisse <sup>2)</sup>. Quodque Jon a sola matre ab indigena Erechthidarum stirpe oriundus feratur, hoc novum domicilium ab Jonibus in Attica paratum optime Müllerō videtur significare <sup>3)</sup>. Neque Theseum, quem non indigenam Atticum, sed et ipsum Jonicum putat heroem, nisi ab inferioribus fabularum corruptoribus, cum prisca Attica Erechthidarum stirpe esse conjunctum.

Evidentissime vero — et hoc quidem potissimo argumentationis fundamento utitur — Jonum advenarum et indigenarum Atticorum diversitatem diversitate fabularum deorumque cultuum perspicere, quae cum utriusque populi heroïcis fabulis sint connexa. Quaecumque enim ab Jone, Aegeo, Theseo, Jonicis quippe principibus, de divinis rebus instituta et gesta prodantur, nunquam ad Minervam et Vul-

---

<sup>1)</sup> Cf. Dorier, Bd. I. S. 11: „Nicht mehr nachweisbar „sind die Jonier in ihren nördlicheren Wohnsitzen, sondern „erscheinen urplötzlich, wie vom Himmel gefallen, in Attika „und Aigialeia: indessen sind auch diese keineswegs identisch „mit den Urbewohnern dieser Gegenden und mögen sich von „irgend einem nördlicheren, wahrscheinlich achäischen, Stamme „losgerissen haben“ cum adnotatione: „Nach der Genalogie aus „den Eöen. Die Generalogie bei Eurip. Jon. 1608 ist schon durch „athenische Eigenliebe entstellt. Jene Stelle der Eöen aber, „wenn auch im poetischen Gewande, gibt immer ein unbee- „fangeneres Zeugniß als Herodot, der die Jonier als Urein- „wohner betrachtet.“ —

<sup>2)</sup> Dor. I. 237 figde. —

<sup>3)</sup> Dor. I. S. 246. —

canum, indigenarum principes deos, sed constantissime aut ad firmandam Neptuni cultum pertinere, in Jonum horumque sectorum arribus celebrati, aut ad commercium quoddam cum Deliaci, Delphici, Cnossii Apollinis sacris instituendum sive servandum. Quodquum et Aegeum, cujus ipsam personam e cognomine Neptuni ortam fuisse opinatur, et Theseum fabulis de Neptuno proditis multis modis implicatos esse, demonstrat, etiam cum Apollinis cultu hos heroes conjunctissimos fuisse, probare conatur. Aegei enim domini fines usque ad fanum Pythium ad Oenoem situm, ubi pompae, ab Atheniensibus Delphos duci solitae, mansio fuerit, extensos fuisse narrari. Theseum Apollini comam consecrasset, Delphis quoque locum quendam nomen *Θησεία* gessisse <sup>1)</sup>. Etiam prisca illa fama itineris in Cretam a Theseo facti, anteaquam ab inferioris temporis Atheniensibus iniquissime depravata sit, nihil aliud significatum esse, quam cultuum et religionum communicationem; quae fabula autem nobis de tributis, Minotauro Cretico ab Atheniensibus pensitatis prodita sit, eam e fama priscae Atheniensium officii, sacros servos Cnossium in Apollinis ministerium mittendi, derivatam fuisse putat, probatque loco Aristotelico <sup>2)</sup>. Denique Delphica sollemnia et deducta e Creta Delphisve, et ab Ionicis principibus, imprimis a Theseo, Athenis instituta fuisse, e fabulis colligit. Jonem vero cum Apolline multo etiam conjunctiorem e fabulis apparere, quum ipse filius dei fuisse in ejusque fame educatus esse feratur. Contra inter priscae Atticae deos heroesque et Apollinem nullam omnino intercessisse rationem. Nam quae de vetusto quodam Attico Apolline, Minervae Vulcanique filio narrentur, dum nec

<sup>1)</sup> Cf. Plut. Thes. V. —

<sup>2)</sup> Πολ. Βοττ. ap. Plut. Thes. 16. — — „ἀλλὰ θητεύοντας ἐν τῇ Κρήτῃ καταγεγάσκει.“ —

fabulae; nec cultus horum deorum communes in medium proferantur, minime esse credibilia, sed a mythologis potius ideo ficta videri, ut ejusdem urbis dii inter se cognati viderentur.

Ex his omnibus luce clarius apparere, Apollinis religionem ab Ionibus, quum Athenas commigrarent, eo advectam esse; quos, quemadmodum ipsi, bellicosa quippe natio, ab indigenis, pacis negotiis occupatis, separati permanserint, eodem modo etiam suum deum bellicum Apollinem nemini subjectorum Atticorum colere permisisse. Quare, quum, usque ad Solonis saltem aetatem, duntaxat soli *ὄπλητες* possint *γεννηταὶ Ἀπόλλωνος πατρῶου* recte appellati esse, jurejurandum illud, quo novus quisque archon, se et Jovem Hercēum (*Δία ἑρκείδων*) et Apollinem patrium colere confirmare debuerit <sup>1)</sup>, ex eo tempore originem duxisse, quo soli Eupatridae, id est Jonicae familiae, archontum munere functi sint. Neque aliam esse causam, quare et expiationes, in Cretica Apollinis religione positae, et cum illis conjunctissima judicia de caedibus principio solorum fuerint Eupatridarum, quorum jura a Theseo, Ionico quippe principe, fabulis repetantur <sup>2)</sup>.

Verum tota ista argumentatio, si diligentius examinatur, infirmissima esse apparet. Nam celebri illa stirpis Hellenicae genealogia, ut de hac primum dicam, vere fasti memoriam contineri, vel ideo non potest pro certo haberi, quoniam ea non apud omnes Graecos auctoritatem habuit. Euripides enim Xuthum, quamvis et ipse peregrinum heroem, non tamen Hellenis, sed Aeoli, filii Jovis, filium praedicat;

---

<sup>1)</sup> De eo jurejurando cf. Demosth. Eubulid. 54. et 67; Platner. Beiträge zur Kenntniss d. att. Rechts. p. 88. sqq. —

<sup>2)</sup> Eupatridas Müllero eosdem visos esse atque tribum hopletum, quam solos Jones comprehendisse putat, apertum est. —

idemod antiquiore haud dubio fabula Euripidi erat proditum <sup>1)</sup>. Quin etiamsi hoc praetermittas, ipse Müllerus alio loco <sup>2)</sup> istam genealogiam docet tantummodo fictam esse, quo magis, qua ratione potissimae quaeque nationes Graeciae generali Hellenum nomine comprehendi potuissent, etiam fabulis probaretur. Unde apparet, Jonem quidem filium Xuthi, nec tamen Xuthum Hellenis filium inventeri ejus stemmatis antiqua fama proditum fuisse. Eadem fere ratione etiam eas fabulas, quae Xuthum et Jonem in Atticam receptos narrant, non vere vetere fama propagatas, sed inventas fuisse, ut Jon tabulae heroum Atticorum insereretur, jam supra uberius demonstravimus. Imprimis quod Jon in bello Eleusinio *σπερδαξης* fuisse narratur, nequaquam profecto potest de Jonice quodam ordine militari intelligi, sed in eo positum est, quod Jon, quem Athenensium illo bello ducem fuisse, inventiois consilium posceret, eam solam ob causam non rex poterat a fabulae fabricatore appellari, quia Erechtheum eo tempore Athenarum regem fuisse, vetustissima fama constabat; hanc enim mutare quidem leviter et additamentis ornare, neque vero penitus evertere mythologis licere videbatur. Neque id quod Boedromiorum origo ad Jonis auxilium & nonnullis refertur, de separato bellico ordine Jonicae stirpis quidquam indicare, ex iis, quae supra de Boedromiis disputavimus, jam satis apparet <sup>3)</sup>.

Jam vero quae Müllerus de diversitate deorum disputat, eorum, quorum fabulae et religiones in indigenarum heroum fabulis respiciantur, et eorum, qui cum fabulis Jonicis vi-

---

<sup>1)</sup> Quae quidem ejus fabulae, Euripidi proditae, vis et origo fuisse videatur, supra (cap. I.) opinatus sum. —

<sup>2)</sup> Prolegg. p. 179. sqq. —

<sup>3)</sup> Cf. cap. I. —



deantur connexi, vix magis, et examinantur, videntur probabilia esse. Primum enim quum ab altera parte Jonem, Aegeum, Theseum tamquam Jonicos heroes, ab altera, tamquam Pelasgicos, ceteros heroes, quicumque Atticis fabulis celebrantur, collocat, eam, quae demonstranda fuit, inter utroque diversitatem, tamquam argumentis non egeat, temere sumit. Theseum imprimis, etiamsi non solorum Atheniensium, sed etiam Troezeniorum, Scyriorum <sup>1)</sup> aliorumque heros fuisse videatur, nihil tamen est, quod peregrinae cujusdam Jonicae gentis, quae Atticam finitimasque terras aliunde invaserit, heroem et patronum putare liceat. Quin imo eam his ipsis regionibus, circum sinum Saronicum jacentibus, Thesei fabula variis modis cohaeret; qua quae urbes tanguntur, ut Troezen et Scyros, ipsarum earum regionum fuerunt; etiam iter illud, quod adultus Theseus, Troezene per Isthmam profectus, Athenas fecit, quo Wachsmuthius <sup>2)</sup> Jonicae invasionis in Atticam iter, Müllerus autem cultum Neptuni in istis locis ab Jonibus institutum significari censent, conjecturam Mülleri certe non confirmare videtur. Qui si illud urget <sup>3)</sup>, quod peculiari quadam memoria, a Platarcho servata <sup>4)</sup>, Aegeus ad stirpem Erechthei non pertinuisse prodicitur, alia peculiaris de Thesei origine fama ei objici potest,

1) Troezene enim et matrem Thesei Aethram oriundam et ipsum educatum esse, Scyro autem obiisse, fabulis notum est. —

2) Hell. Alterthskunde I. 1. p. 254 sqq. —

3) De sacris Min. Pol. p. 2. —

4) Vit. Thes. c. 13: *Αἰγέως δευτὸς γενόμενος Πανδίονι καὶ μηδὲν Ἐρεχθίδαις προσήκων*. Videndus autem est similis Apollodori locus III. 15. 5. *ἔτιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσι, ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίωνος*, in quo si *Σκυρίου*, quod ex auctoritate scholiastae ad Lycophr. v. 494. pro *Σκυρίου* manuscriptorum legitur, vera lectio est, ista fabulae diversitas minime Mülleri conjecturam adjuvat. *Σκύριος* enim ab insula Scyro ducendum videtur. Cfer. Heyn. ad Apollod. 1. c. —

quae Aegēi uxor, et, ut opinari licet, mater Thesei, Chalciopae quaedam filia Chalcodontis, regis Abantum fertur <sup>1)</sup>, quos ipsos constat prope illas regiones habitasse. Ipse vero Neptunus, qui sub nomine Aegēi pater Thesei est, cujusque cultum tam multae Theseiae fabulae respiciunt, nequaquam profecto illis regionibus alienus fuit. Nam non solum ejus fabulae cum vetustissimis Atticis fabulis mistae sunt et connexae, sed etiam — ipso Müllero auctore <sup>2)</sup> — Erechthei nomine Neptunus ipse inter vetustos illos et fabulosos Atticae reges celebratur, quos Müllerus priscorum Atticae incolarum Pelasgicae stirpis heroēs fuisse censet. Quin imo ipse Neptunus cultus apud omnes Jonicos populos nitebatur sola natura et situ earum regionum, quas Müllerus existimat ab illis nationibus vi occupatas esse; hae enim omnes sunt orae maritimae. Quamobrem etiamsi eas ab Ionibus invasas et vi subactas putarem, certe tamen a subditis indigenis Jones cultum Neptuni suscepisse oporteret. Quodsi revera, ut Müllerus vult, Jonum et subditorum sacra et fabulae prorsus sejuncta fuissent, cogitari non posset, quare Theseus, quippe qui inter principes heroēs Jonum fuisset, ipsius ejus dei ferretur filius fuisse ejusque potissimum sacra instituisse et firmasse, qui non Jonum, sed indigenarum Pelasgorum deus patrius fuisset. Si autem quis ipsum Theseum opinetur non Jonum, sed indigenarum illorum heroem fuisse, rursus non conveniet ille Thesei cum Apollinis religione connexus, quippe quae selorum Jonum fuisse Müllero videatur. Concedendum est enim, illas Theseias fabulas, de quibus Müllerus disserit, sacra quaedam Apollinaria e Creta Delphisque a Theseo Athenas advecta

---

<sup>1)</sup> Varias fabulas de Aegēi uxore proditas vid. ap. Apollod. III. 15. 5. cum observv. Heynii. —

<sup>2)</sup> Cf. de sacris Min. Pol. p. 2. —

aut commercium quoddam cum Delphico, Deliacis, Onassis Apollinis templis ab illo institutum indicare videri. Sed haec ex re nondum potest colligi, Apollinem ante Thesei aetatem a priscis Atheniensibus non cultum fuisse. Quia illa fabula de Thesei itinere in Cretam facto, siquidem tributum illud Atheniensium cum Müllero interpretamur sacrorum aevorum mittendi officium fuisse, ipsam potius contrarium videtur indicare. Nam etsi ea, quae ista fabula de Minotauro et de Daedalo narrat, ut inferiore aetate aliunde sumta et inter Theseia ista interposita, omittimus, tamen genuina fabula nihil aliud significatur, quam Athenas a Theseo illius tributū officio liberatas esse; quod officium, quum jam non vigeret, viguisse autem antea memoria constaret; cur desisset vigere, populus hac fabula explicare conatus est. Ea igitur, si quidquam omnino, hoc certe probatur, Apollinis religionem etiam ante Thesei aetatem Atheniensibus non ignotam fuisse. Ne id quidem, quod de antiquissima quodam Atheniensium Apolline, Minervae et Vulcani filie, Cicero nobis servavit <sup>1)</sup>, tam prorsus, quam Müllerus, contempserim. Haec enim memoria vel inde videtur vetustae originalis; quia dogmati illi contraria est, quo Minerva intacta virgo jam Homeri aetate <sup>2)</sup> nullo obloquente celebrata est, quam antiquissimas Atticas fabulas de Deae virginitate nihil nar-

---

<sup>1)</sup> Cic. de nat. deor. III. 22. 23. — de qua auctoritate haec sunt Mülleri verba (Dor. I. p. 238.) — — „aber wir können in dieser Angabe wieder nur [das mythologische] „Streben finden, die Götter einer Stadt in Familienzusammenhang zu bringen. Denn wo sind die Tempel, welche „Athena und Apoll gemein haben, wo [die Gebräuche und „Opfer, welche sie theilen, wo die Sagen, in welchen sie „verbunden auftreten? So lange diese nicht nachgewiesen „werden, muss man Athena als alleinheimische und Apoll als „jüngere Gottheit genau sondern.“ —

<sup>2)</sup> Hom. h. in Ven. v. 8; —

rius constat. Mibi quidem persuaderi non potest, aliquem mythologum solo studio, Atheniensium deos inter se cognatos fingendi, adductum celebratam illam Minervae virginitatem sustulisse, quum considerem, quanta arte quidam ejus generis mythologus contortam et obscenam simul fabulam excogitaverit, ut cum vetusta Attica fabula, quae Erichthoniam Minervae et Vulcani filiam praedicabat, virginitatis istius laudem ab universa Graecia celebratam, quantum posset, conciliaret.<sup>1)</sup> Quare satis videtur probabile, jam antiquissimis temporibus Apollinem quendam indigenam in Attica cultum fuisse, postea autem, quum e finitimis Apollinis fanis magis excoltae et emendatae dei notiones, fabulae, religiones, adhaerentur, aut coaluisse cum Delphico Apolline aut ex Atticorum animis ab eo submotum, nullis fere vestigiis relictis evanuisse. Haec tamen res utcumque se habuit, certe, ut ista Delphici dei receptio intelligatur, peregrinam aliquam gentem in Atticam commigrantem ejus cultum advenxisse ponamus, profecto non oportet; sed situm potius Atticae, ut per quam ipsius dei ejusque pomparum sacra via Delo insula in sanum Delphicum ferret, receptionis illius proximam fuisse causam aut occasionem ipsa rei natura indicat.<sup>2)</sup>

Quin enim ab Jene, quem gentem illam Jonicam in Attica adventiciam significare Müllerus censet, ne unum qui-

---

<sup>1)</sup> Quamquam me non fugit, ad eam fabulam (quae legitur Apollod. III. 14. 6.) fingendam etiam alterius illius fabulae, quae Erichthonium praedicabat filium Terrae, respectum aliquid valuisse posse, tamen is in narrationis illius verbis minime cernitur. —

<sup>2)</sup> Cfer Ersch u. Gruber, Encyclop. s. v. Pallas Athene, ubi Od. Müllerus, de Minerva Pronaea sive Pronoea disputans, fabulam illam a Cicerone memoratam cujusdam conjunctionis Minervae et Apollinis cultuum vestigium esse ipse videtur concedere. —

dem Apollineae religionis institutam genuina fama repetit. Illam enim interpretationem nominis Boedromiarum, quae hujus sollemnis origo ad auxilium ab Jone in bello Eleusinio letum refertur, tam recenti tempore inventam esse, quam ipsam hujus auxilii fabulam, supra demonstravimus. Nihilominus illud quidem, quod Jon fama fertur filius Apollinis fuisse, quum si Mülleri illam conjecturam improbes, Jonicæ gentis patronum Neptuni potius seu Vulcani filium appellandam fuisse putaveris, non optime cum nostris videtur convenire.

Sed haec sola difficultas <sup>1)</sup> nullo tamen pacto sufficit ad audacem illam Mülleri conjecturam probandam, quae fabulis Atticis tantum abest ut confirmetur, ut crebro iis refutetur. Etiam si enim illi fabulae, quae peregrinam heroem Xuthum ab Atticis pace benigne receptum prodit, veri aliquid facti memoriam subesse concederemus, tamen invasionem ab Jonibus et vi subactam Atticam illa significari putare, nimiae profecto esset audaciae <sup>2)</sup>. Nec multo rectiore interpretatione illa fabula, quae quatuor illos tribuum patronos. Hopletem, Geleontem, Argadem, Aegicorem, Jouis filios fuisse memorat, a Müllero in suam sententiam accipitur, quae e quatuor tribubus solos hopletes fuisse stirpis Jonicae, ceteras tribus, Pelasgica stirpe oriundas, ab Jonibus vi subactos esse censet <sup>3)</sup>. Quod si quis in Atticis fabulis explanan-

<sup>1)</sup> Quam enodare infra conabimur.

<sup>2)</sup> Hoc vidit Schömannus, qui revera eam fabulam secutus Helenes seu Iones pacto et pace in Atticam receptos esse existimat in libro de comit. p. 351. sqq. — Wachsmuthius autem (Hell. Alterth.-k. I. 1. p. 224. — 230). Jonicam invasionem, qua quatuor tribus institutas et ipse putat, non Jouis sed Thesei fabula significari censet. —

<sup>3)</sup> Quam absurditatem ut evitet, Matthiaeus, Niebuhrum secutus, totam quatuor tribuum descriptionem ad Jonicam eam nationem, quam et ipse opinatur Pelasgicos Atticae indigenas incolas vi subegisse, refert. Istos enim bellicosos Joes pro

ab Mülhri illam conjecturam et interpretandi rationem constantiter velit persequi, is, oportet, Menestheum, quippe Erechthii pronepotem, fuisse principem Pelasgicum existimet, eoque e fabula, qua Menestheus Theseo regitum eripuisse fertur <sup>1)</sup>, Pelasgos indigenas colligat, postquam per aliquot annos, in tres inferiores istas tribus a bello alienas distribuit, sub Jonum ditione vixerint, denique Trojani belli tempore, excusso jugo milium Jonicorum, ipsos esse Atticae deminatu, ad tempus saltem, potitos. Attamen cum ipse sine Erechthii pronepote inter fortissimos Graecorum contra Trojanos propugnatores fabulis enumeretur, tum ejus milites gravis armaturae, quos ille optime omnium disposuisse in navium catalogo praedicatur <sup>2)</sup>, ab Homero, qui et ipse Jonicae erat stirpis et vivebat inter Jones, Jones appellatur <sup>3)</sup>.

Maxime vero Mülhri conjecturae universa illa et certa fama adversatur, quae Atheniensium nationem in sua terra indigenam et ex se ipsa natam nec ulli alii genti aut mixtam unquam aut subditam celebravit. Hanc enim Atheniensium *αὐτοχθόνων* affirmant Herodotus, Thucydides, Euripides, Aristophanes, Xenophon, Plato, Isocrates <sup>4)</sup>; neque ea,

armorum diversis generibus, quorum singula e tribuum nominibus eruere conatur, in quatuor ordines sive tribus divisos fuisse existimat (Zimmermann's Ztschr. f. Alterthswissensch. 1840, p. 760. sqq.). Quae conjectura quam infirma atque adeo inepta sit, facile quisque perspiciet. —

<sup>1)</sup> Plat. vit. Thes. c. 31. sqq.

<sup>2)</sup> Hom. Jl. B. 552. —

Τῶν αὐτῶν ἡγεμόνῃ υἱὸς Πηλεΐδῃ, Μενεσθεύς.

Τῷ δ' ὄδῳ τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένει ἀνῆρ,

Κοσμήσας ἱπποῦς τε καὶ ἀνέρας ἀσπίδιότας.

Νέστωρ δ' οὗτος ἔειπεν· ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν.

<sup>3)</sup> Jl. N. v. 686 — 89. —

<sup>4)</sup> Herod. I. 56. — — καὶ τὸ μὲν (scilic. Ἰωνικῶν γένος)

si illud, quod inferiore aetate factum est, a Saei Aegyptia Athenienses esse opulentes, omittimus 1), ab ullo verum veterum negata est. Qua cum fama etiam conciliari poterat, quod exterae quaedam familiae vel etiam universa quaedam propinqua et ejusdem stirpis natio in Atticam civitatem recepta esse et in unius populi corpus coalescere fertur, certe tamen ea prohibetur, quominus Atticam indigenamque ejus incolae ab Ionibus, ut extera natione, vi subactos esse putemus 2).

Has difficultates opinionis suae de conatus Müllerus tollere quod genuinam formam corruptam, et quasi obsoletam opinatur, ab inferioribus istis, necis, qui, quo magis popularis republicae forma firmaretur, quocumque Atticam ab Ionibus subactae, horumque, dominatum passae vestigia in fabulis sibi proditis fuissent, delere aut removere studuerint. Et revera quidem apertum est, Athenienses, postquam civitatis summa potestas ad populum univertsum rediit, nonnulli

οὐδαμῶ καὶ ἐξεχώρησε κ. τ. λ. — VII. 161. — — εἰ Συνοικιστοῖσι ἔδοντες Ἀθηναῖοι συγχωρησομεν τῆς ἡγεμονίας ἀρχαῖοις πατρῶν· μὲν ἔδοντες παρεχόμενοι, μόνον δὲ ἰσχυρῶς ἐμμετανάσται Ἑλλήνων. — Thucyd. I. 2. τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτιόγεων ἀστασιαστον οὖσαν ἀνδροποιοὺ ὄκουν οἱ αὐτοὶ ἀεὶ. — Eur. Ion. v. 602. — 3.

— εἶναι γὰρ τὰς ἀνιοχθόνας κλεινὰς Ἀθήνας οὐκ ἐπεισαχτον γένος. — cf. Aristoph. vesp. p. 1076. — Xenoph. Mem. Socr. III. 3. 12. — Plato Menexen. p. 237. B. — 238, 245 D. Isocr. paneg. §. 24. —

1) Cf. C. Fr. Hermann, Lehb. d. griech. Staatsalterth. §. 91. 14 sqq. —

2) Cf. Hermann. l. c. „An fremde Eroberungen jedoch zu denken, verbietet der Ruhm der Autochthonie, den Attika „nur mit Arkadien theilte, und den auch das Zeugnis „der Geschichte, insofern bestätigt, als damit nichts weiter „als der legitime Besitzstand der Einwohner ausgedrückt war, „dessen Anfang über die Gränze aller Erinnerung hinaus- „fiel.“ —

has vetustas fabulas se consilio mutatas, que magis vni  
 noua republicae forma atque totius populi spiritu conuenirent,  
 neque negari potest, Euripidem quoque hanc suam si-  
 mili quadam ratione ea fabulae sibi proficere instituisse; quae  
 laudat illam indigenae et Iberiae Atheniensesum nationis imitum  
 conuenire viderentur 1). Illud autem profecto cogitari non  
 quilibet quis potest, quod in Jonam, et in Indigenis Pelasgis  
 disposita et separata, quingentis annis (ante illas usque ad  
 Solonis aetatem, ad Clisthenis aetatem Atticae dominatum tempus  
 subest), gravissimum hoc mutatumque inuenit factum, de  
 ista popularis gloria affectatione tam penitus et prodominam  
 memoria potuisse colligi? Necessario enim, ut illi statum  
 republicae, pro tam longinquo tempore praesertim, restitui  
 in Attica institueret, cuius memoria multis fabulis potest  
 aliter tamis esset posteritati propagata, quarum etiam nunc  
 multae crebriores et expressiora vestigia apparerent, quam  
 ipse Mithras inuenisse sibi visis est. Haud dubie enim  
 ut apud Homerum Menestheum et apud Hesiodum Xuthi fabulae  
 inuenitur, eadem ratione etiam fabulae, illum Jonam demum  
 aetatem indicantes, multo jam ante Solonis aetatem tempore  
 apud eos poetas, qui Atticae non solum, sed etiam uniuersae  
 Graeciae fabularum historiam componere et enarrare  
 susceperant, locum etiam cepissent et obtinissent, unde  
 transissent, necessitate in iocorum scriptorem illorum, qui  
 bis illam fabularum historiam serauerunt, seu prope, quod in  
 Clisthenis aetate et poetas Atticos fortasse in vetustis istis  
 mutata et corrupta essent, nisi in secundo quasi hoc opus  
 super eorum aetate multum, mutum multum, superuenerit  
 et subiret illi in eo, in multum sequi, quod in  
 solam. Quae membra ipsa, quae magis quae vera Euripidis membra,  
 vere vetusta et genuina fama nixa erant, sed pars a  
 mythologis erant ficta, pars, ut ipsa Xuthi persona et nomen,  
 ab Euripide ejusque aetate in falsum sensum errore accipiebantur;  
 id quod jam supra (cap. I.) uberius demonstravimus. —



terque genuinas et vetustas illas fides, ostendit non esse  
 memorata: ita novimus quidem Jovis illam fabulam ab Eu-  
 ripido novatam, et immutatam; sed haec novatio, quamvis ait  
 prudenter et ingeniose instituta, prius tamen formae fabu-  
 lae, qualis ipsi Euripidi antiquitus erat prodita, ex homi-  
 num memoria non potuit pellere. Nec magis illa craterum  
 inventione, qua Theſeum amentiam imperiti ad populum, de-  
 base, celebrant <sup>1)</sup>, in jus regni, et optimizationem dominatus,  
 qui ante Saknem, vixit, vetusta auctoritas extincta est?  
 Eodem vero modo, si ille, quem Miltiades quirit, dominatum  
 Jovum unquam fuisset, etiam fabulas antiquas, in sermone  
 certe hostium mansisset. Nec enim illos Jovem, qui post  
 Codri mortem Athenis in Asiam commigraverant, acris Eu-  
 patridarum illorum Joviorum familias, quae ipsis Athenis  
 etiam popularis imperii tempore, raris cum plebs conubiis  
 miscbantur, tam prorsus, veri antiqui, stas oblituros fuisse  
 verisimile est. Quae quam ita sint, quomodo potuissent fieri, ut  
 quae permultas alias fabulas variis formis a scriptoribus variis  
 proditas acceperimus, nulla omnino narratio ad nos perveniret;  
 quae pariter atque ea, quae de Darum migratione feruntur, diserta  
 et sine ambagibus Atticam ab Jovibus vi subactam referret?  
 Quomodo esset factum, ut contrario modo Athenienses,  
 sed etiam Halicarnassius Herodotus Atheniensibus, cum An-  
 cadibus <sup>2)</sup>, mittium Graecorum solis indigenae nationis, lan-  
 dent nullo obloquente, vindicaret? Quae illa, si hoc minime  
 testi vana Atheniensium affectatione, facta videri, quoniam  
 si quae civitas, aut migratione, aut vi, aut occupatione alienarum  
 sarumque gentium mistura, constituta ferebatur, hoc nequa-  
 quam apud Graecos turpe habitum est, ne in his quidem ci-  
 vitatibus, ubi, sicut Angis, ipsius populi, penae, quae postea

1) Paus. I. 3. 2. — Isocr. Panathen. §. 129. —  
 2) Herod. VIII. 73. —

summa imperii erat, magna pars a subactis antea indigenis erat eruida. Ex quo colligendum est, summas eas laudes, quibus Athenienses suam *ἀντοχθονίαν* efferbant, minus ipsius hujus rei praestantia, quam ingenti Atheniensium superbia nixas fuisse, qua, quidquid ipsi haberent proprium et in ceterarum nationum memoria ignotum, praestantissimum censerent necessario habendum esse. Quare si soli Arcades indigenae gentis famam habuissent, nescio an celebrata ista *ἀντοχθονία* multo minoris pretii ab Atheniensibus, ceterisque Graecis habita esset.

Tam male conjecturam illam Mülleri, cum universis Atticae fabulis et memoriis, quibus niti ipsa perhibetur, convenire vidimus. Sed si veram illius causam et rationem exigas, longe alia via, quam qua his locis <sup>1)</sup>, de quibus disputavimus, eam probare Müllerus conatur, revera videtur ad eam pervenisse. Primum enim ad ea, quae de quatuor tribuum descriptione prodita sunt, explananda, videtur a Müllero facta fuisse. Qui quum Boeckhii priorem sententiam <sup>2)</sup> secutus <sup>3)</sup> nomen *Τελεοντες* (ita enim a plerisque tum legebatur) de tributis pensitatis acciperet, nomineque *Ὀπλιτες* militarem quendam ordinem vel potius nationem significari putaret, has tribus duas diversas gentes continuisse ratiocinatus est; quarum alteram dominatum reipublicae vi adeptam, alteram victoribus tributa solvere obligatam fuisse censuit. Quare quoniam Jonis persona, ad quem tribuum descriptio fama refertur, indicare visa est, rationem quandam inter hoc institutum ac gentem nomenque Jonum intercessisse: adductus ille est, ut gentem illam, quam Atticam vi occupavisse censebat, fuisse Jonicam, subactos autem illos Teleontes proinde opinaretur Pelasgos fuisse, indigenas,

<sup>1)</sup> Cf. Dorier. I. p. 237 — 246. —

<sup>2)</sup> Quam iste exposuit in indice lectt. Berol. aest. 1842. —

<sup>3)</sup> Cf. Orchomenos p. 302. adn. 3. —

Cujus opinionis in fabulis Atticis quascivisse potius et invenisse documenta, quam fabularum consideratione ad istam opinionem adductas esse videtur.

Jam illa Mülleri conjectura de Jonici nominis vi quam infirma sit, satis videtur demonstratum esse; ejus vero opinionis, quae quatuor antiquarum tribuum descriptionem adfectam aliquam invasionem Atticae revocat, ex quo non *Ἰωνες*, sed *Ἰεκόντες* genuinam formam esse constat, fundamentum, ut ita dicam, subductum est. Tamen operae pretium erit, disquirere, num ista opinio (omissa et discrepantia ejus cum Atticis fabulis, et lectionum illa varietate) ad illam tribuum descriptionem explanandam, cujus causa facta est, revera videatur sufficere.

De quo si quaerimus, primum occurrit controversia cum illo Pollucis loco, qui singularum tribuum praefectos, qui *φυλοβασίλεις* nominabantur, memorat, e nobilibus sive Eupatridis sumtos esse <sup>1)</sup>. Inde enim colligitur, in quaque tribu fuisse nobiles; quum tamen, si unam tribum ceterarum dominatum tenuisse putaremus, eadem sola necesse esset universam nobilitatem comprehensam fuisse <sup>2)</sup>. Nam potuerit quidem aliquis hanc legem, qua neminem nisi Eupatridam praefecti tribui munere fungi licebat, perinde atque ipsum Eupatridarum ordinem, recentiore modo tempore, prima tribuum descriptionis vi immutata jam vel obliterata, natam opinari. Sed ipsum hoc munus *φυλοβασίλειων*, quippe ad deorum sacra pertinens, certe antiquissimum fuit; nec, etiam

<sup>1)</sup> Poll. VIII. 111. *οἱ δὲ φυλοβασίλεις, ἐξ εὐπατριδῶν ὄντες.*  
*x. t. 2. c. etiam VIII. 110. —*

<sup>2)</sup> Neque eorum opinione haec difficultas expeditur, qui quum Hopletes adventicios milites fuisse putent, Geleontum tribum censent indigenarum nobilitatem complexam esse, ut Schönemannus de constit. p. 351. sqq. antiq. jur. publ. Gr. p. 161. —

atque Pellae non esset proditum, dubitari posset, quid quoque tempore, quo nondum plane idem, qui postea; Epe-  
tridarum ordo constitutus erat, munere, cujus nomen erat  
regium, ignobilem hominem fungi, non liceret 1). Quam  
difficultatem etiamsi omittimus, tamen conjectura illa, quoniam,  
si esset vera, duarum modo tribuum sive ordinum: alterius do-  
minantium, alterius subditorum, originem et vim explicaret,  
ipso, propter quem facta est, sine excidit. Itaque quum il-  
lus opinionis defensores dominantium tribuum et nomen col-  
ligant hopletes fuisse, trium reliquarum tribuum nova discri-  
mina et ab ipsa opinione aliena iis quaerenda sunt. Quae  
quum nominibus tribuum indicari videntur, plerique Indi-  
gentas illos Pelasgicæ stirpis incolae Atticæ jam antiquitas  
putant in tres tribus divises fuisse, quibus post Jovem in-  
vasionem hi tamquam quarta tribus additi sint. Platnerus  
quidem, similes illius conjecturam: etiam de cotærum tri-  
buum origine auctus, has quoque singulas ex singulis por-  
tionibus ortas putat, e Pelasgis quippe indigentis et Cœta-  
riis Aegyptiis, quae separatas Atticæ partes incolentes, ab  
Jonibus repertos et deinde cum his tamquam ejusdem civi-  
tatis tribus in unum corpus collectos esse existimat 2). Nec  
Bœckhii a similitudine aberrare videtur, etsi, quarum na-  
tionum diversitate tribus istae ortae sint, jam non posse per-  
spici arbitrat 3). Hi tamen omnes non possunt non intel-  
ligere, tribuum descriptionem diversitate negotiorum nisi,  
quæ aliquot earum nomina aptissime innuant; id quod cum  
universa illa de tribuum origine conjectura, nisi gentes  
fuisse fingimus singulas singulis negotiis deditas, nullo

1) De populi Atheniensis antiquiore nobilitate cf. infra  
cap. V.

2) Platner, Beiträge zur Kenntniss d. att. Rechts. p. 43 sqq.

3) Bœckh. ad corp. Inscr. p. 220. sqq. — Nec Wach-  
muthi sententia prorsus aliena est. (H. Alterthskde. I. 4 p.  
224 sqq.) —

quae potest conciliari. Istam vero fictionem satis apparet esse absurdissimam. Etiam si enim concedamus, potiusque nationes esse, solis agris colendis aut sola pecuaria re occupatas, opificum quidem populum, praesertim pristinis temporibus, fuisse, profecto non potest cogitari; nec minus inepte agricolarum et pastorum gentibus, ut quae armorum et belli fuissent imperitae, opponeretur mera militum natio, ex qua Hopletum tribus orta putaretur. Nulla enim illo tempore, quo quisque populus contra finitimorum impetus sibi ipsi quotidie tuendus et defendendus erat, prorsus imbellis solisque pacis negotiis dedita gens in Graecia fuisse potest: vix dum poëticum Homeri ingenium Phaeacum fabulosam nationem in fabulosa et remota insula similem vitam gerentem fingere audeat. Omniño vero ejusmodi ordines, quales tribus illis subfuisse nomina indicant, non extrinsecus possumt collecti et in unam civitatem conjuncti esse, sed ut cujuslibet civitatis partes propriae et necessariae quum se invicem postulent et desiderent, ex una potius gente unaque civitate modo provenisse putandi sunt <sup>1)</sup>. Denique de-

---

<sup>1)</sup> Cf. quae Hegelias (Vorlesungen über die Philosophie der Geschichte p. 179) de Judicis castis disserit: „Manche Historiker haben die Hypothese aufgestellt, die Bramahnen hätten ein eigenes Priestervolk ausgemacht, und diese Erziehung kommt vornehmlich von den Bramahnen selbst her. Ein Volk von reinen Priestern ist sicherlich die grösste Absurdität, denn a priori erkennen wir, dass ein Unterschied von Ständen nur innerhalb eines Volkes statthaben kann; in jedem Volk müssen sich die verschiedenen Beschäftigungen finden, denn sie gehören der Objectivität des Geistes an, und es ist wesentlich, dass ein Stand den andern voraussetzt, und dass die Entstehung der Casten überhaupt erat Resultat des Zusammenlebens ist. Ein Priestervolk kann nicht ohne Landbauer und Krieger bestehen. Stände können sich nicht äusserlich zusammenfinden, sondern nur aus dem Innern heraus, ausgedehnt; sie kommen von innen heraus, aber nicht von aussen herein.“ —

**scriptio illa nulla alia re videtur nixa fuisse, nisi — id quod jam constans in ea partium numerorum congruentia et aequalitas haud tecte indicat, — civili reipublicae lege et instituto.**

Duo sunt potissimum, quae hac disputatione probantur et confirmantur: primum: eam gentem, quae Atticam incoluit, nulli unquam alienae genti, quantum memoria fert, subditam, et Jonica stirpe oriundam et Jonico nomine ut prisco et proprio usam fuisse; deinde: quatuor illas tribus non e totidem nationibus in unam coaluisse, sed ex unius gentis et civitatis divisione modo ortas esse. Quae duo percepta, si conjunguntur, aliam quandam de tribuum origine haud paucis probatam sententiam confirmare videri possunt. Etiam si enim supra demonstratum est, varia populi Attici nomina sibi minime esse opposita, sed populo illi pro variis rationibus eodem tempore omnia posse indita esse, tamen non omnia ista eodem tempore nata esse apparet. Imprimis gentile nomen Jonum videtur omnium vetustissimum fuisse. Certe enim fuit aliquando aetas, qua Jonica gens, priusquam in his terris, quae a principio ab ea habitata feruntur, tamquam in stabili sede collocata esset, aut alias regiones coluit aut, nullis tum certis et stabilibus domiciliis, vagam modo vitam gessit. Qua antiquissima aetate gentili illo et hereditario quasi nomine solo haud dubie usi sunt. Postquam autem pars Atticam, pars Peloponnesi oras maritimas colere et pro certis domiciliis habitare coeperunt, singulae hae gentis universae partes, ut a se invicem distinguerentur, praeter commune Jonicum nomen peculiaria illa a locis singulis repetita eognomina gessisse videntur, donec, gentili illo nomine magis magisque e memoria submoto, his peculiariibus, tamquam publicis et sollemnibus, fere solis uti assueti sunt. Quod quoniam jam supra <sup>1)</sup> ex Jone cum fabula de

---

<sup>1)</sup> cap. I. —

tribuum origine memorata conjuncto verum quendam connexionum inter istam originem et Jonicum nomen intercessisse collegimus, nunc accuratiss haud dubie constituere licebit: illarum tribuum divisionem tempore factam esse, quo gentile Jonicum nomen publicum et sollemne populi Attici vocabulum fuerit.

### CAPUT III.

Quaeritur, num quatuor tribus possint ante synoecismum Theseium institutae esse.

Quae quum ita sint, facile aliquis adduci potest, ut antiquissimo eo tempore descriptionem factam arbitretur, quae gens Ionica, priusquam in maritimis illis regionibus stabiles sedes occupasset, aut non ita multo postea, suo gentis nomine solo aut praecipuo saltem usa sit. Et revera hoc quidem, etiamsi non plane iisdem argumentis probatum, cum eorum crebris sententiis convenit, quicunque illam descriptionem, etsi Ionicum nomen huiusque cum ea connexum minus respiciunt, tamen ut vetustissimae originis institutum ab antiquissima illa aetate repetunt, cujus praeter huius ipsius instituti reliquias nulla memoria prodita sit <sup>1)</sup>. Qui quum nominibus tribuum diversa negotia indicari agnoscant, eam divisionem, quae usque ad Clisthenem viguerit, reliquias medo fuisse censent praesae: cujusdam sejunctorum ordinum

<sup>1)</sup> Ejusmodi sunt sententiae C. Fr. Hermannii (Staatsalterth. §. §. 94 — 97), Buttmanni (dissert. de *γεωργία* in mythologi vol. II p. 321. sqq.), nec ita dissimilis posterior Boskii sententia in corp. inscript. vol. II. p. 929. sqq. exposita. —



deantur connexi, vix magis, et examinantur, videntur probabilia esse. Primum enim quum ab altera parte Jonem, Aegeum, Theseum tamquam Jonicos heroes, ab altera, tamquam Pelasgicos, ceteros heroes, quicumque Atticis fabulis celebrantur, collocat, eam, quae demonstranda fuit, inter utroque diversitatem, tamquam argumentis non egeat, temere sumit. Theseum imprimis, etiamsi non solorum Atheniensium, sed etiam Troezeniorum, Scyriorum <sup>1)</sup> aliorumque heros fuisse videatur, nihil tamen est, quod peregrinae cujusdam Ionicae gentis, quae Atticam finitimasque terras aliunde invaserit, heroem et patronum putare liceat. Quia imo eam his ipsis regionibus, circum sinum Saronicum jacentibus, Thesei fabula variis modis cohaeret; qua quae urbes tanguntur, ut Troezen et Scyros, ipsarum earum regionum fuerunt; etiam iter illud, quod adultus Theseus, Troezene per Isthmam profectus, Athenas fecit, quo Wachsmuthius <sup>2)</sup> Ionicae invasionis in Atticam iter, Müllerus autem cultum Neptuni in istis locis ab Jonibus institutum significari censent, conjecturam Mülleri certe non confirmare videtur. Qui si illud urget <sup>3)</sup>, quod peculiari quadam memoria, a Plutarcho servata <sup>4)</sup>, Aegeus ad stirpem Erechthei non pertinuisse proditur, alia peculiaris de Thesei origine fama ei objici potest,

<sup>1)</sup> Troezene enim et matrem Thesei Aethram oriundam et ipsum educatum esse, Scyro autem obiisse, fabulis notum est. —

<sup>2)</sup> Hell. Alterthskunde I. 1. p. 254. sqq. —

<sup>3)</sup> De sacris Min. Pol. p. 2. —

<sup>4)</sup> Vit. Thes. c. 13: *Αἰγέως θειὸς γενόμενος Πανδίωνος καὶ μηδὲν Ἐρεχθίδαις προσήκων*. Videndus autem est similis Apollodori locus III. 15. 5. *ἔμοι δὲ Αἰγέα Σκυροῦ εἶναι λέγουσι, ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίωνος*, in quo si *Σκυροῦ*, quod ex auctoritate scholiastae ad Lycophr. v. 494. pro *Σκυροῦ* manuscriptorum legitur, vera lectio est, ista fabulae diversitas minime Mülleri conjecturam adjuvat. *Σκύριος* enim ab insula Scyro ducendum videtur. Cfer. Heyn. ad Apollod. 1. c. —

qua Aegēi uxor, et, ut opinari licet, mater Thesei, Chalciopē quaedam filia Chalcodontis, regis Abantum fertur <sup>1)</sup>, quos ipsos constat prope illas regiones habitasse. Ipse vero Neptunus, qui sub nomine Aegēi pater Thesei est, cujusque cultum tam multae Theseiāe fabulae respiciunt, nequaquam profecto illis regionibus alienus fuit. Nam non solum ejus fabulae cum vetustissimis Atticis fabulis mistae sunt et connexae, sed etiam — ipso Müllerō auctore <sup>2)</sup> — Erechthei nomine Neptunus ipse inter vetustos illos et fabulosos Atticae reges celebratur, quos Müllerus priscorum Atticae incolarum Pelasgicae stirpis heroēs fuisse censet. Quin, imo ipse Neptunus cultus apud omnes Jonicos populos nitebatur sola natura et situ earum regionum, quas Müllerus existimat ab illis nationibus vi occupatas esse; hae enim omnes sunt orae maritimae. Quamobrem etiamsi eas ab Ionibus invasas et vi subactas putarem, certe tamen a subditis indigenis Jones cultum Neptuni suscepisse oporteret. Quodsi revera, ut Müllerus vult, Jonum et subditorum sacra et fabulae prorsus sejuncta fuissent, cogitari non posset, quare Theseus, quippe qui inter principes heroēs Jonum fuisset, ipsius ejus dei ferretur filius fuisse ejusque potissimum sacra instituisse et firmasse, qui non Jonum, sed indigenarum Pelasgorum deus patrius fuisset. Si autem quis ipsum Theseum opinetur non Jonum, sed indigenarum illorum heroēm fuisse, rursus non conveniet ille Thesei cum Apollinis religione connexus, quippe quae solorum Jonum fuisse Müllerō videatur. Concedendum est enim, illas Theseiāe fabulas, de quibus Müllerus disserit, sacra quaedam Apollinaria e Creta Delphisque a Theseo Athenas advecta

---

<sup>1)</sup> Varias fabulas de Aegēi uxore proditas vid. ap. Apollod. III. 15. 5. cum observv. Heynii. —

<sup>2)</sup> Cf. de sacris Min. Pol. p. 2. —

aut commercium quoddam cum Delphico, Deliace, Cnesio Apollinis templis ab illo institutum indicare videri. Sed hoc ex re nondum potest colligi, Apollinem ante Thesei aetatem a priscis Atheniensibus non cultum fuisse. Quia illa fabula de Thesei itinere in Cretam facto, siquidem tributum illud Atheniensium cum Müllero interpretamur sacrorum servorum mittendi officium fuisse, ipsam potius contrarium videtur indicare. Nam etsi ea, quae ista fabula de Minotauro et de Daedalo narrat, ut inferiore aetate aliunde sumpta et inter Theseia ista interposita, omittimus, tamen genuina fabula nihil aliud significatur, quam Athenas a Theseo illius tributum officio liberatas esse; quod officium, quum jam non vigeret, viguisse autem antea memoria constaret, cur desisset vigere, populus hac fabula explicare conatus est. Ea igitur, si quidquam omnino, hoc certe probatur, Apollinis religionem etiam ante Thesei aetatem Atheniensibus non ignotam fuisse. Ne id quidem, quod de antiquissimo quodam Atheniensium Apolline, Minervae et Vulcani filio, Cicero nobis servavit <sup>1)</sup>, tam prorsus, quam Müllerus, contempserim. Haec enim memoria vel inde videtur vetustae originis, quia dogmati illi contraria est, quo Minerva intacta virgo jam Homeri aetate <sup>2)</sup> nullo obloquente celebrata est, quum antiquissimas Atticas fabulas de Deae virginitate nihil nar-

<sup>1)</sup> Cic. de nat. deor. III. 22. 23. — de qua auctoritate haec sunt Mülleri verba (Dor. I. p. 238.) — — „aber wir können in dieser Angabe wieder nur [das mythologische] „Streben finden, die Götter einer Stadt in Familienzusammenhang zu bringen. Denn wo sind die Tempel, welche „Athena und Apoll gemein haben, wo [die Gebräuche und „Opfer, welche sie theilen, wo die Sagen, in welchen sie „verbunden auftreten? So lange diese nicht nachgewiesen „werden, muss man Athena als alleinheimische und Apoll als „jüngere Gottheit genau sondern.“ —

<sup>2)</sup> Hom. h. in Ven. v. 8; —

rius constat. Mihi quidem persuaderi non potest, aliquem mythologum solo studio, Atheniensem deos inter se cognatos fingendi, adductum celebratam illam Minervae virginitatem sustulisse, quum considerem, quanta arte quidam ejus generis mythologus contortam et obsoletam simul fabulam excogitaverit, ut cum vetusta Attica fabula, quae Erichthonium Minervae et Vulcani filium praedicabat, virginitatis istius laudem ab universa Graecia celebratam, quantum posset, conciliaret.<sup>1)</sup> Quare satis videtur probabile, jam antiquissimis temporibus Apollinem quendam indigenam in Attica cultum fuisse, postea autem, quum e finitimis Apollinis fanis magis exaltatae et emendatae dei notiones, fabulae, religiones, adveherentur, aut coaluisse cum Delphico Apolline aut ex Atticorum animis ab eo submotum, nullis fere vestigiis relictis evanuisse. Haec tamen res utcumque se habuit, certe, ut ista Delphici dei receptio intelligatur, peregrinam aliquam gentem in Atticam commigrantem ejus cultum advexisse ponamus, profecto non oportet; sed situm potius Atticae, ut per quam ipsius dei ejusque pomparum sacra via Delo insula in fanum Delphicum ferret, receptionis illius proximam fuisse causam aut occasionem ipsa rei natura indicat.<sup>2)</sup>

Quin enim ab Jene, quem gentem illam Jonicam in Attica adventiciam significare Müllerus censet, ne unum qui-

---

<sup>1)</sup> Quamquam me non fugit, ad eam fabulam (quae legitur Apollod. III. 14. 6.) fingendam etiam alterius illius fabulae, quae Erichthonium praedicabat filium Terrae, respectum aliquid valuisse posse, tamen is in narrationis illius verbis minime cermitur. —

<sup>2)</sup> Cfer Ersch u. Gruber, Encyclop. s. v. Pallas Athene, ubi Od. Müllerus, de Minerva Pronaea sive Pronoea disputans, fabulam illam a Cicerone memoratam cujusdam conjunctionis Minervae et Apollinis cultuum vestigium esse ipse videtur concedere. —

dem Apollineae religionis institutam genuina fama reperit. Illam enim interpretationem nemini Boedromiorum, qua hujus sollemnis origo ad auxilium ab Jone in bello Eleasino latum refertur, tam recenti tempore inventam esse, quam ipsam hujus auxilii fabulam, supra demonstravimus. Nihilominus illud quidem, quod Jon fama fertur filius Apollinis fuisse, quum si Mülleri illam conjecturam improbes, Jonicae gentis patronum Neptuni potius seu Vulcani filium appellandum fuisse putaveris, non optime cum nostris videtur convenire.

Sed haec sola difficultas <sup>1)</sup> nullo tamen pacto sufficit ad audacem illam Mülleri conjecturam probandam, quae fabulis Atticis tantum abest ut confirmatur, ut crebro iis refutetur. Etiam si enim illi fabulae, quae peregrinum heroem Xuthum ab Atticis pace benigne receptum prodit, veri aliqujus facti memoriam subesse concederemus, tamen invasam ab Jonibus et vi subactam Atticam illa significari putare, nimiae profecto esset audaciae <sup>2)</sup>. Nec multo rectiore interpretatione illa fabula, quae quatuor illos tribuum patronos. Hopletem, Geleontem, Argadem, Aegicoreum, Jouis filios fuisse memorat, a Müllero in suam sententiam accipitur, quae e quatuor tribubus solos hopletes fuisse stirpis Jonicae, ceteras tribus, Pelasgica stirpe oriundas, ab Jonibus vi subactos esse censet <sup>3)</sup>. Quodsi quis in Atticis fabulis explanan-

---

<sup>1)</sup> Quam enodare infra conabimur.

<sup>2)</sup> Hoc vidit Schömannus, qui revera eam fabulam secutus Helenes seu Iones pacto et pace in Atticam receptos esse existimat in libro de comit. p. 351. sqq. — Wachsmuthius autem (Hell. Alterth.-k. I. I. p. 224. — 230). Jonicam invasionem, qua quatuor tribus institutas et ipse putat, non Jouis sed Thesei fabula significari censet. —

<sup>3)</sup> Quam absurditatem ut evitet, Matthiaeus, Niebuhrum secutus, totam quatuor tribuum descriptionem ad Jonicam eam nationem, quam et ipse opinatur Pelasgicos Atticae indigenas incolas vi subegisse, refert. Istos enim bellicosos Joes pro

Ab Mæleri illam conjecturam et interpretandi rationem constanter vult persequi, is, oportet, Menestheum, quippe Erechthii pronepote[m], fuisse principem Pelasgicum existimet; eaque e fabula, qua Menestheus Theseo regnum eripuisse fertur 1), Pelasgos indigenas colligat, postquam per aliquot annos, in tres inferiores istas tribus a bello alienas distribuit; sub Jonum ditione vixerent, denique Trojani belli tempore, excusso jugo militum Jonicorum, ipsos esse Atticae dominatu[m], ad tempus saltem, potitos. Attamen cum ipse ille Dracontes pronepos inter fortissimos Graecorum contra Trojandos propugnatores fabulis enumeretur, tum ejus milites gravis armaturae, quos ille optime omnium disposuisse in navium catalogo praedicatur 2), ab Hehero, qui et ipse Jonicae erat stirpis et vivebat inter Jones, Jones appellatur 3).

Maxime vero Mæleri conjecturae universa illa et certa fama adversatur, quae Atheniensium nationem in sua terra indigenam et ex se ipsa natam nec ulli alii genti aut mixtam unquam aut subditam celebravit. Hanc enim Atheniensium *αὐτοχθόνων* affirmant Herodotus, Thucydides, Euripides, Aristophanes, Xenophon, Plato, Isocrates 4); neque ea,

armorum diversis generibus, quorum singula e tribuum nominibus eruere conatur, in quatuor ordines sive tribus divisos fuisse existimat (Zimmermann's Ztschr. f. Alterthswissensch. 1840, p. 760. sqq). Quae conjectura quam infirma atque adeo inepta sit, facile quisque perspiciet. —

1) Plut. vit. Thes. c. 31. sqq.

2) Hom. Il. B. 552. —

Τῶν αὖτ' ἡγεμόνων υἱὸς Περσῶσ, Μενεσθεύς.  
 Τὸ δ' οὐκ ἔτι τις ὁμοίως ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνήρ,  
 Κομῆσαι θηπυρὸν τε καὶ ἀνέρας ἀσπίδιώτας —  
 " Νέστωρ υἱὸς ἔειπεν . ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν. —

3) Jl. N. v. 686 — 89. —

4) Herod. I. 56. — — καὶ τὸ μὲν (scilic. Ἰωνικῶν γένος)

si illud, quod inferiore aetate factum est, a Sae Aegyptia Athenienses esse oriundos, amittimus 1), ab ullo verum veterum negata est. Qua cum fama etiam conciliari poterat, quod exterarum quaedam familiae vel etiam universa quaedam propinqua et ejusdem stirpis natio in Atticam civitatem recepta esse et in unius populi corpus coaluisse fertur, certe tamen ea prohibetur, quominus Atticam indigenamque eius incolae ab Ionibus, ut extera natione, vi subactos esse putentur 2).

Has difficultates opinio huiusmodi non constans Müllerus tollere, quod genuinam formam corruptam, et quasi obscuram opinatur ab inferioribus istis praetis, qui, quo magis popularis, respublicae, forma firmaretur, quaecumque Atticam ab Ionibus subactam, horumque, dominatum passae vestigia in fabulis sibi proditis fuissent, delere aut removere studuerint. Et revera, quidem, apertum est, Athenienses, postquam civitatis summa potestas ad populum univertsum rediit, nonnulli

οὐδαμῶ καὶ ἐξεχώρησε κ. τ. λ. — VII. 161. — — εἰ Συρηκων-  
 στίοισι ἔδντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσομεν τῆς ἡγεμονίης, ἀρχαῖδ-  
 ραται· μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, ἡ μόνον ἔθ. ἑαυτῶν, ἀ-  
 μετανάσται Ἑλλήνων. — Thucyd. I. 2. τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ  
 τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄν-  
 θρωποι ὄκουν οἱ αὐτοὶ αἰεὶ. — Eur. Ion. v. 602. — 3.

— εἶναι γὰρ τὰς ἀνιόχθονας  
 κλεινὰς Ἀθήνας οὐκ ἐπέισακτον γένος.  
 cf. Aristoph. vesp. p. 1076. — Xenoph. Mem. Socr. III. 5.  
 12. — Plato Menexen. p. 237. B. — 238, 245 D. Isocr. pa-  
 neg. §. 24. —

1) Cf. C. Fr. Hermann, Lehrb. d. griech. Staatskerth. §. 91. 14 sqq. —

2) Cf. Hermann, l. c., „An fremde Eroberungen jedoch zu denken, verbietet der Ruhm der Autochthonie, den Attika „nur mit Arkadien theilte, und den auch das Zeugniß „der Geschichte, insofern bestätigt, als damit nichts weiter „als der legitime Besitzstand der Einwohner ausgedrückt war, „dessen Anfang über die Gränze aller Erinnerung hinaus- „fiel.“ —

has vetustas fabulas eo consilio mutatasse, quo magis una  
nova republicae forma atque totius populi spiritus conve-  
nirent, neque negari potest, Euripidem quoque *Jonam* suo si-  
milis quadam ratione ea fabulae sibi profecto mutatasse, quae  
laudat illam indigentiae et Mibaeae Atheniensium nationis miseram  
convictis viderentur 1). *Jonam* autem profecto cogitari non  
quirit: quae per agrina gens *Jonam*, et indigenis Pelasgiae  
disjuncta et separata quingentis annis (antequam usque ad  
Solonis vel adeo Cleisthenis aetatem Atticae dominatum ter-  
minasset) gravissimum hoc naufragii monumenti factum doli-  
tate popularis gloriae affectatione tam penitus ex dominical  
monopio potuisse extingui? Necessario enim, nisi illi status  
republicae, pro tam longa quam a tempore praesertim, redorta  
hi Attica inclinat, et, cuius memoria multis fabulis potest  
aliove famis esset posteritati propagata, quarum etiam nunc  
multa escriptura et expressiora vestigia apparerent, quam  
ipse Mithras invenisse sibi visus est. Haud dubie enim  
et apud Homerum Menestheum et apud Hesiodum Xuthifabulae  
inventur, eadem ratione etiam fabulae, illum *Jonam* demiq-  
natam indicantes, multo jam ante Solonis aetatem tempore  
spatiis potest, qui Atticae non solum, sed etiam universae  
Graeciae fabularem historiam componere et enarrare  
susceperant, locum etiam repraesentant et obtundissent. Unde  
transissent, necessitate in iocorum scriptorem videtur, qui de-  
bit illam fabularem historiam servaverunt, et quod inde ad  
Cleisthenis aetate et poetis Atticis fortasse in rebus istis  
mutata et divergentia essent, nisi hoc deinde, quasi hoc os patet  
— super eod. —

— 37. —

Quae magis ipsa quae magis quae nova Euripidis narra-  
menta, vere vetusta et genuina fama nixa erant, sed pars a  
mythologis erant ficta, pars, ut ipsa Xuthi persona et nomen,  
ab Euripide ejusque aetate in falsum sensum errore accipie-  
bantur; id quod jam supra (cap. I.) uberius demonstravi-  
mus. —



terque genuinas et vetustas illas fœces, cuiusmodi non essent memorata: ita novimus quidem Jovis illam fabulam ab Euripide novatam et immutatam; sed hæc novatio, quamvis imprudenter et ingeniose instituta, privis tamen formæ fabulæ, quæ ipsi Euripidi antiquitus erat prodita, ex hominum memoria non potuit pellere. Nec magis illa craterum inventione, qua Thesæum æneidam imperii ad populam detulisse celebrant<sup>1)</sup>, hujus regni et optimarum dominarum, qui ante Salomonem viginti vetusta membra exstiterant<sup>2)</sup>. Eodem vero modo, si illa, quæ Mætem quærit, dominas Jovis unquam fuisset, etiam fabulas emittimus, in quibus certis hominum mansisset. Nec enim illos Jovis, qui post Cædri mortem Athenis in Asiam commigraverant, neque Euripidarum illorum Joviorum familias, quæ ipsis Athenis etiam popularis imperii tempore, rare cum plebe conubilis miscbantur, tam prorsus veri antiqui status oblitos fuisse verisimile est. Quæ quæritæ sint, quomodo potuisset fieri, ut quæ permultas alias fabulas variis formis a scriptoribus variis præditas accepimus, nulla omnino narratio ad nos perveniret; quæ pariter atque ea, quæ de Darum migratione feruntur, diserta et sine ambagibus Atticam ab Jovibus vi subactam referret? Quomodo esset factum, ut contrario non modo Athenienses, sed etiam Halicarnassius Herodotus Atheniensibus cum Arcadibus<sup>3)</sup> nullius Græcorum solis indigenæ nationis laudem nullo obloquente vindicaret? Quæ illa ratio, quæ illius prædicti testi vana Atheniensium affectatione facta videri, quoniam et quæ sititas, aut migratione, aut vi, et occupatione diversarumque gentium mistura, constituta ferebatur, hoc nequam apud Græcos turpe habitum est, ne in his quidem civitatibus, quæ sicut Argia, ipsius populi penes quos postea

1) Paus. I. 3. 2. — Jocr. Panathen. §. 129. —

2) Herod. VIII. 73. —

summa imperii erat, magna pars a subactis antea indigenis erat erivanda. Ex quo colligendum est, summas eas laudes, quibus Athenienses suam *ἀναρχοντιαν* offerbant, minus ipsius hujus rei praestantia, quam ingenti Atheniensium superbia nixas fuisse, qua, quidquid ipsi haberent proprium et in ceterarum nationum memoria ignotum, praestantissimum censerent necessario habendum esse. Quare si soli Arcades indigenae gentis famam habuissent, nescio an celebrata ista *ἀναρχοντιαν* multo minoris pretii ab Atheniensibus ceterisque Graecis habita esset.

Tam male conjecturam illam Mülleri, cum universis Atticae fabulis et memoriis, quibus niti ipsa perhibetur, convenire vidimus. Sed si veram illius causam et rationem exigas, longe alia via, quam qua his locis <sup>1)</sup>, de quibus disputavimus, eam probare Müllerus conatur, revera videtur ad eam pervenisse. Primum enim ad ea, quae de quatuor tribuum descriptione prodita sunt, explananda, videtur a Müllero facta fuisse. Qui quum Boeckhii priorem sententiam <sup>2)</sup> secutus <sup>3)</sup> nomen *Τελεοντες* (ita enim a plerisque tum legebatur) de tributis pensitatis acciperet, nomineque *Ὀπλιτες* militarem quendam ordinem vel potius nationem significari putaret, has tribus duas diversas gentes continuisse ratiocinatus est; quarum alteram dominatum reipublicae vi adeptam, alteram victoribus tributa solvere obligatam fuisse censuit. Quare quoniam Jonis persona, ad quem tribuum descriptio fama refertur, indicare visa est, rationem quandam inter hoc institutum ac gentem nomenque Jonum intercessisse: adductus ille est, ut gentem illam, quam Atticam vi occupavisse censebat, fuisse Jonicam, subactos autem illos Teleontes proinde opinaretur Pelagos fuisse indigenas.

<sup>1)</sup> Cf. Dorier. I. p. 237 — 246. —

<sup>2)</sup> Quam iste exposuit in indice lectt. Berol. aest. 1842. —

<sup>3)</sup> Cf. Orchomenos p. 302. adn. 3. —

Ejus opinionis in fabulis Atticis quascumque potius et invenisse documenta, quam fabularum consideratione existantem opinionem adductas esse videtur.

Jam illa Mülleri conjectura de Jonici nominis vi quam infirma sit, satis videtur demonstratum esse; ejus vero opinionis, quae quatuor antiquarum tribuum descriptionem ad factam aliquam invasionem Atticae revocat, ex quo non *Ἰωνες*, sed *Ἰελλόνες* genuinam formam esse constat, fundamentam, ut ita dicam, subductum est. Tamen operae pretium erit, disquirere, num ista opinio (omissa et discrepantia ejus cum Atticis fabulis, et lectionum illa varietate) ad illam tribuum descriptionem explanandam, cujus causa facta est, revera videatur sufficere.

De qua si quaerimus, primum occurrit controversia cum illo Pollucis loco, qui singularum tribuum praefectos, qui *φυλοβασίλεις* nominabantur, memorat, e nobilibus sive Eupatridis sumtos esse <sup>1)</sup>. Inde enim colligitur, in quaque tribu fuisse nobiles; quum tamen, si unam tribum ceterarum dominatum tenuisse putarem, eadem sola necesse esset universam nobilitatem comprehensam fuisse <sup>2)</sup>. Nam potuerit quidem aliquis hanc legem, qua neminem nisi Eupatridam praefecti tribui munere fungi licebat, perinde atque ipsum Eupatridarum ordinem, recentiore modo tempore, prima tribuum descriptionis vi immutata jam vel obliterata, natam opinari. Sed ipsum hoc munus *φυλοβασίλειων*, quippe ad deorum sacra pertinens, certe antiquissimum fuit; nec, etiam

<sup>1)</sup> Poll. VIII. 111. οἱ δὲ φυλοβασίλεις, ἐξ εὐπατριδῶν ὄντες. x. t. s. cf. etiam VIII. 120.

<sup>2)</sup> Neque eorum opinione haec difficultas expeditur, qui quum Hopletes adventicios milites fuisse putent, Geleontum tribum censent indigenarum nobilitatem complexam esse, ut Schönemann de constit. p. 351. sqq. antiq. jur. publ. Gr. p. 161. —

at q. Pellaeo non esset praeditus, dubitari posset, quomodo quoque tempore, quo nondum plane idem, qui postea, Eupatridarum ordo constitutus erat, munere, cujus nomen erat regium, ignobilem, hominem fungi, non liceret?). Quae difficultatem etiamsi omittimus, tamen conjectura illa, quoniam, si esset vera, duarum modo tribuum sive ordinum: alterius dominantiam, alterius subditorum, originem et vim explicaret, ipso, propter quem facta est, sine excidit. Itaque quum illius opinionis defensores dominantium tribuum q. nomen colligant hopletas fuisse, trium reliquarum tribuum nova discrimina et ab ipsa opinione aliena iis quaerenda sunt. Quae quum nominibus tribuum indicari videntur, plerique indigenas illos Pelasgicæ stirpis incolas Atticæ jam antiquitas putant in tres tribus divises fuisse, quibus post Jonem invasionem hi tamquam quarta tribus additi sint. Platnerus quidem, similem illam conjecturam etiam de ceterorum tribuum origine ausus, has quoque singulas ex singulis portionibus ortas putat, e Pelasgis quippe indigenis et Cæcægyptiis Aegyptiis, quos separatas Atticæ partes incolentes, ab Jonibus repertos et deinde cum his tamquam ejusdem civitatis tribus in unum corpus collectos esse existimat?). Nec Bœckhii a simili ratione abhorrere videtur, etsi, quarum nationum diversitate tribus illæ ortæ sint, jam non posse perspicui arbitrat. Hi tamen omnes non possunt non intelligere, tribuum descriptionem diversitate negotiorum nisi, quæ aliquas earum nomina apertissime annuant; id quod cum universa illa de tribuum origine conjectura, nisi gentes singulis fingimus singulas singulis negotiis deditas, nullo

3) De populi Atheniensis antiquiore nobilitate cf. infra cap. V.

2) Platner, Beiträge zur Kenntniss d. att. Rechts. p. 43 sqq.

3) Bœckh. ad corp. Inscr. p. 222. sqq. — Nec Wachsmuthi sententia prorsus aliena est. (H. Altarthske. I. 4 p. 224 sqq.) —

pacis potest conciliari. Istam vero fictionem satis apparat esse absurdissimam. Etiam si enim concedamus, potuisse nationes esse, solis agris colendis aut sola pecuaria re occupatas, opificum quidem populam, praesertim pristinis temporibus, fuisse, profecto non potest cogitari; nec minus inepte agricolarum et pastorum gentibus, ut quae armorum et belli fuissent imperitae, opponeretur mera militum natio, ex qua Hopletum tribus orta putaretur. Nulla enim illo tempore, quae quisque populus contra finitimorum impetus sibi ipsi quotidie tuendus et defendendus erat, prorsus imbellis solisque pacis negotiis dedita gens in Graecia fuisse potest: vix dum poëticum Homeri ingenium Phaeacum fabulosam nationem in fabulosa et remota insula similes vitam gerentem fingere audeat. Omnino vero ejusmodi ordines, quales tribus illis subfuisse nomina indicant, non extrinsecus possunt collecti et in unam civitatem conjuncti esse, sed ut cujuslibet civitatis partes propriae et necessariae quum se invicem postulent et desiderent, ex una potius gente unaque civitate modo provenisse putandi sunt <sup>1)</sup>. Denique de-

---

<sup>1)</sup> Cf. quae Hegelias (Vorlesungen über die Philosophie der Geschichte p. 179) de Jndicis castis disserit: „Manche Historiker haben die Hypothese aufgestellt, die Bramahnen hätten ein eigenes Priestervolk ausgemacht, und diese Erdichtung kommt vornehmlich von den Bramahnen selbst her. Ein Volk von reinen Priestern ist sicherlich die grösste Absurdität, denn a priori erkennen wir, dass ein Unterschied von Ständen nur innerhalb eines Volkes statthaben kann; in jedem Volk müssen sich die verschiedenen Beschäftigungen finden, denn sie gehören der Objectivität des Geistes an, und es ist wesentlich, dass ein Stand den andern voraussetzt und dass die Entstehung der Casten überhaupt erst Resultat des Zusammenlebens ist. Ein Priestervolk kann nicht ohne Landbauer und Krieger bestehen. Stände können sich nicht äusserlich zusammenfinden, sondern nur aus dem Innern herausgedern; sie kommen von innen heraus, aber nicht von aussen herein.“ —

scriptio illa nulla alia re videtur nixa fuisse, nisi — id quod jam constans in ea partium numerorum congruentia et aequalitas haud tecte indicat, — civili reipublicae lege et instituto.

Duo sunt potissimum, quae hac disputatione probantur et confirmantur: primum: eam gentem, quae Atticam incoluit, nulli unquam alienae genti, quantum memoria fert, subditam, et Jonica stirpe oriundam et Jonico nomine ut prisco et proprio usam fuisse; deinde: quatuor illas tribus non e totidem nationibus in unam coaluisse, sed ex unius gentis et civitatis divisione modo ortas esse. Quae duo percepta, si conjunguntur, aliam quandam de tribuum origine haud paucis probatam sententiam confirmare videri possunt. Etiam si enim supra demonstratum est, varia populi Attici nomina sibi minime esse opposita, sed populo illi pro variis rationibus eodem tempore omnia posse indita esse, tamen non omnia ista eodem tempore nata esse apparet. Imprimis gentile nomen Jonum videtur omnium vetustissimum fuisse. Certe enim fuit aliquando aetas, qua Jonica gens, priusquam in iis terris, quae a principio ab ea habitata feruntur, tamquam in stabili sede collocata esset, aut alias regiones coluit aut, nullis tum certis et stabilibus domiciliis, vagam modo vitam gessit. Qua antiquissima aetate gentili illo et hereditario quasi nomine solo haud dubie usi sunt. Postquam autem pars Atticam, pars Peloponnesi oras maritimas colere et pro certis domiciliis habitare coeperunt, singulae hae gentis universae partes, ut a se invicem distinguerentur, praeter commune Jonicum nomen peculiaria illa a locis singulis repetita cognomina gessisse videntur, donec, gentili illo nomine magis magisque e memoria submoto, his peculiariibus, tamquam publicis et sollempnibus, fere solis uti assueti sunt. Quod quoniam jam supra <sup>1)</sup> ex Jone cum fabula de

---

<sup>1)</sup> cap. I. —

tribuum origine memorata conjuncto verum quendam con-  
nexum inter istam originem et Jonicum nomen intercessisse  
collegimus, nunc accuratius haud dubie constituere licebit:  
illarum tribuum divisionem tempore factam esse,  
quo gentile Jonicum nomen publicum et sollemne  
populi Attici vocabulum fuerit.

## CAPUT III.

Quaeritur, num quatuor tribus possint ante synoecismum Theseium institutae esse.

Quae quum ita sint, facile aliquis adduci potest, ut antiquissimo eo tempore descriptionem factam arbitretur, quo gens Ionica, priusquam in maritimis illis regionibus stabiles sedes occupasset, aut non ita multo postea, sue gentili nomine solo aut praecipuo saltem usa sit. Et revera hoc quidem, etiamsi non plane iisdem argumentis probatum, cum eorum crebris sententiis convenit, quicumque illam descriptionem, etsi Ionicum nomen hujusque cum ea connexum minus respiciunt, tamen ut vetustissimae originis institutum ab antiquissima illa aetate repetunt, cujus praeter hujus ipsius instituti reliquias nulla memoria prodita sit <sup>1)</sup>. Qui quum nominibus tribuum diversa negotia indicari agnoscant, eam divisionem, quae usque ad Clisthenem viguerit, reliquias medo fuisse censent praesae cujusdam sejunctorum ordinum

<sup>1)</sup> Ejusmodi sunt sententiae C. Fr. Hermannii (Staatsalterth. §. §. 94 — 97), Buttmanni (dissert. de *georgia* in mythologi vol. II. p. 321. sqq.), nec ita dissimilis posterior Bosekii sententia in corp. inscript. vol. II. p. 929. sqq. exposita.



et negotiorum descriptionis. Quam opinionem, nisi similitudine Indici illius et Aegyptii castarum, quas dicunt, instituti, eo solent firmare, quod Graecorum populorum ingenium ex indole Asiaticarum illarum ceterarumque orientalium gentium simili ad perfectiorem et exultiozem humani ingenii formam quasi provectam esse, apud viros doctos constare censent <sup>1)</sup>. Nam quum universis barbararum earum nationum propriis institutis ac moribus, tum illa ordinum et negotiorum disjunctione, indolem illarum tamquam naturae vinculis obstrictam notari existimant; Graecos autem ex eadem illa tribuum descriptionis similitudine colligunt, etsi antiquissimo tempore similibus vinculis colligatos, progrediente tamen ingeniorum cultura, disciplinae illiberalis indignum jugum excussisse <sup>2)</sup>. Jam vero, quae singula negotia et

---

<sup>1)</sup> C. Fr. Hermann. Staatsalterth. §. 6: „Jene Stätigkeit der angeerbten Sitte ist denn auch ein Hauptgrund, wesshalb man sich schon frühe berechtigt gehalten hat, auch für die Völker des vorgeschichtlichen Griechentums ähnliche Eintheilungen und Verhältnisse wenigstens als Durchgangsstufe anzunehmen, wie wir sie in den ägyptischen und indischen Kästen versteinert finden. —

<sup>2)</sup> Schömannus de comitt. p. 359. „Erat sane haec tribuum descriptio orientalium quorundam populorum Castis haud absimilis, ut hic quoque verum invenias illud Thucydidis dictum (I. 6. πολλὰ δ' αὖν καὶ ἄλλα τις ἀποδείξει τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν ὁμοίωτροπα τῶ νῦν βαρβαρικῶ διακείμενον.) Sed non diu Graecorum ingenium ad libertatem natum talibus se vinculis constringi passum est.“ — Boeckhius ad corp. inscr. p. 930: „Nec vero quamdiu Jonicae tribus Athenis nomine tenus retentae sunt, tamdiu per tribus divisa negotia esse, quisquam putaverit, sed abolita pridem instituti vi manserunt vocabula et quaedam ut dixi veteris moris reliquiae ex eo aevo propagatae, quae Graeci vinculis naturae magis, quam rationis obnoxii et barbarorum similes essent; ab his enim ipso Thucydide iudice prisca Graecorum mores non magnopere distabant. Nimirum in eo cernitur praestantissima Graecorum indoles, quod quum ab initio eorum instituta non magnopere diversa a barbaris essent,

ordines singulis illis tribus castarum modo comprehensa fuerint, ne inter hujus quidem sententiae defensores satis convenit, quamquam omnes interpretandis tribuum nominibus verum elicere conantur. Ita ea tribus, cujus nomen *Ἀγροῦται* fuit, aliis, ut Hermanno, videtur omnes operarios, aliis, ut Bosckhio, artifices, Buttmanno sanctos colonos et mercenarios homines complexa esse. Imprimis vero de Geleontibus, etsi lectientis varietas emittitur, summa controversia est. Ipsum enim *Γελοῦντες* aut a Graeco *γῆ* deductum accipitur pro agricolis, aut, secundum Hemsterhuysium a verbo *γελῶν*, quod Hesychius *λάμπειν* significare memorat, repetitum, pro illustribus explicatur. Quam interpretationem qui sequuntur, eorum pars, cujus opinionem jam supra attingimus, indigenarum oppressam nobilitatem, qui vero ejusque illiusmodi barbaricae castarum descriptionis proprium et necessarium elementum censent sacerdotum castam esse, sacerdotes opinantur ea tribu esse comprehensos <sup>1)</sup> Horum igitur opinio a Platonis Strabonisque sententiis duntaxat eo differt, quod priscam illam statum civitatis pro negotiis divisae et a sacerdotibus temperatae non, tamquam multo perfectiorem, liberae reipublicae anteponunt, sed ex illo potius tamquam ab inferiore quodam culturae gradu Athenienses ad sanum eum et praeclarum, qualis post Clisthenem fuit, reipublicae

---

„non constiterunt Graeci in primitivis cultus civilis rudimentis, sed excusso cascae disciplinae jugo ad perfectiorem properarunt rerum statum, quamquam ne ab initio quidem tam certis finibus disjuncta apud Graecos, quam apud Aegyptios aut Indos vitae genera fuisse consentaneum est, sed eatenus, quatenus ipsa natura, soli ingenium, varia gentium origo ferebat ad diversa negotia tractanda — omnibusque vitae generibus communia apud Graecos sacerdotia fuisse multa doceant indicia.“ — Eodem fere modo Buttmannus (l. c.) praeas illas tribus, pro negotiis descriptas, non castas censet, sed castarum modo similes fuisse. —

<sup>1)</sup> Ita Schömannus, Wachsmuthius, Platnerus ll. cc. —

et negotiorum descriptionis. Quam opinionem, nisi similitudine Judici illius et Aegyptii castarum, quas dicunt, instituti, eo solent firmare, quod Graecorum populorum ingenium ex indole Asiaticarum illarum ceterarumque orientalium gentium simili ad perfectiorem et excultiorem humani ingenii formam quasi provectam esse, apud viros doctos constare censent <sup>1)</sup>. Nam quum universis barbararum earum nationum propriis institutis ac moribus, tum illa ordinum et negotiorum disjunctione, indolem illarum tamquam naturae vinculis obstrictam notari existimant; Graecos autem ex eadem illa tribuum descriptionis similitudine colligunt, etsi antiquissimo tempore similibus vinculis colligatos, progrediente tamen ingeniorum cultura, disciplinae illiberalis indignum jugum excussisse <sup>2)</sup>. Jam vero, quae singula negotia et

---

<sup>1)</sup> C. Fr. Hermann. Staatsalterth. §. 6: „Jene Stätigkeit „der angeerbten Sitte ist denn auch ein Hauptgrund, wesshalb man sich schon frühe berechtigt gehalten hat, auch für „die Völker des vorgeschichtlichen Griechenthums ähnliche „Eintheilungen und Verhältnisse wenigstens als Durchgangsstufe anzunehmen, wie wir sie in den ägyptischen und indischen Kasten versteinert finden. —

<sup>2)</sup> Schömannus de comitt. p. 359. „Erat sane haec tribuum descriptio orientalium quorundam populorum Castis „haud absimilis, ut hic quoque verum invenias illud Thucydidis dictum (I. 6. πολλά δ' ἂν καὶ ἄλλα τις ἀποδείξει τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν ὁμοιότροπα τῷ νῦν βαρβαρικῷ διακείμενον.) Sed non diu Graecorum ingenium ad libertatem natum talibus se vinculis constringi passum est.“ — Boeckhius ad corp. inscr. p. 930: „Nec vero quamdiu Jonicae „tribus Athenis nomine tenus retentae sunt, tamdiu per tribus „divisa negotia esse, quisquam putaverit, sed abepta pridem „institutum vi manserunt vocabula et quaedam ut dixi veteris „moris reliquiae ex eo aevo propagatae, quae Graeci vinculis „naturae magis, quam rationis obnoxii et barbarorum similes „essent; ab his enim ipso Thucydide iudice prisci Graecorum „mores non magnopere distabant. Nimirum in eo cernitur „praestantissima Graecorum indoles, quod quum ab institutis „eorum instituta non magnopere diversa a barbaris essent,

ordines singulis illis tribubus castarum modo comprehensa fuerint, ne inter hujus quidem sententiae defensores satis convenit, quamquam omnes interpretandis tribuum nominibus verum elicare conantur. Ita ea tribus, cujus nomen *Ἀγροῦς* fuit, aliis, ut Hermanno, videtur omnes operarios, aliis, ut Boeckhio, artifices, Buttmanno cunctos colonos et mercenarios homines complexa esse. Imprimis vero de Geleontibus, et si lectioe varietas emittitur, summa controversia est. Ipsum enim *Γελοῦντες* aut a Graeco *γῆ* deductam accipitur pro agricolis, aut, secundam Hemsterhuysium a verbe *γελῶν*, quod Hesychius *λάμπειν* significare memorat, repetitam, pro illustribus explicatur. Quam interpretationem qui sequuntur, eorum pars, cujus opinionem jam supra attigimus, indigentiarum oppressam nobilitatem, qui vero ejusque illiusmodi barbaricae castarum descriptionis proprium et necessarium elementum censent sacerdotum castam esse, sacerdotes opinantur ea tribu esse comprehensos <sup>1)</sup> Horum igitur opinio a Platonis Strabonisque sententiis duntaxat eo differt, quod priscum illam statum civitatis pro negotiis divisae et a sacerdotibus temperatae non, tamquam multo perfectiorem, liberae reipublicae anteponunt, sed ex illo potius tamquam ab inferiore quodam culturae gradu Athenienses ad sanum eum et praeclearum, qualis post Clisthenem fuit, reipublicae

---

„non consethorunt Graeci in primitivis cultus civilis rudimentis, „sed excusso cascae disciplinae jugo ad perfectiorem propera- „runt rerum statum, quamquam ne ab initio quidem tam cer- „tis finibus disjuncta apud Graecos, quam apud Aegyptios aut „santos vitae genera fuisse consuetudinem est, sed eatenus, „quatenus ipsa natura, soli ingenium, varia gentium origo fere- „bat ad diversa negotia tractanda — — omnibusque vitae ge- „neribus communia apud Graecos sacerdotia fuisse multa do- „cent indicia.“ — Eodem fere modo Buttmannus (l. c.) pri- scas illas tribus, pro negotiis descriptas, non castas censet, sed castarum modo similes fuisse. —

<sup>1)</sup> Ita Schömannus, Wachsmuthius, Platnerus ll. c. —

status paulatim enitas: et quasi civitatis esse arbitrium. Quamobrem quoniam non dubitant, quid praesae Athenian-  
cium tribus illis barbarorum castis fuerint simillimae, ad quo-  
que plerique videntur perstasum habere: et fuisse quandam  
inter tribus singulas graduum differentiam, et singulos cives non  
solum ad eam tribum, in qua quisque natus esset, in perpetuum  
pertinuisse, sed negotio quoque eî, quod ejusdem tribus proprium  
esset, primo saltem instituti tempore, quodam modo addictos fuisse.  
Quin de militum ordine Boeckhii etiam Platonis locum, de  
quo supra diximus, affert, quae comprobet militibus Atticis,  
aeque ac Aegyptiis in conjunctis sedibus cohabitatis, ipsisque  
patrimoniorum expertibus, ceteras tribus debuisse victum  
praebere: 1)

Illud autem, quo universa ea, quam modo exposuimus,  
sententia tanquam fundamento nititur, de Judic. Aegyptiacae  
populorum cum Graecorum ingenio comparatione vulgatum  
historicorum quasi decretum, nec per se tam accuratum est,  
ut non possit non recte intelligi, neque, si ad hanc nostram  
quaestionem refertur, quae illi ex eo colligerant, revera  
probare videtur. Nam hoc quidem concedendum est Graeci  
populi ingenium, naturae quasi vinculis, quibus implicitum  
a principio tenebatur, paulatim solutis ad libertatem et rem-  
publicam rationis modo legibus obstrictam multis longisque  
laboribus penetrasse, barbaras autem istas gentes, quas pro  
singulis negotiis in ordines stricte disjunctas fuisse accepi-  
mus, naturalis illius disciplinae jugo, quod Athenienses max  
excusserunt, ne eo quidem tempore, quo summopere vige-  
rent, unquam liberatas esse. Perperam autem ob eam cau-  
sam praesae illa et inculta Graecorum aetas tamperit excludi-  
rum Indorum Aegyptiorumque civitatum in omnibus aequipa-

1) Boeckh. l. c. Plat. Crit. p. 110, C. — Cf. supra pro-  
oem.

nam; idcirco, quae in his fuerunt leges et instituta, eandem etiam apud Graecos prima illa aetate esse potuisse. non recte colligitur 1). Immo potius inter has duas aetates tantam videtur differentiam interfuisse, quanta inveniri potest similitudo; haec enim in eo constat, quod utraque aetate naturalis consanguinitatis necessitates, et consuetudines etiam pro republicae lege et norma habitae sunt, differentia autem in eo consistit, quod apud Graecos quidem, quippe qui prima illa et quasi puerili gentis aetate omnino nondum in civitatis modum, sed secundum stirpium cognationem per familias gentesque, quantum ipsa natura ferebat, convixerent, rectissime neque contra naturam illa tamen fuit publicarum rerum norma, eadem autem Indorum Aegyptiorumque civitatibus, quo tempore maxima vigeant, tanquam prorsus alienae materiae, excultissimae quippe et protractissimae formae societati civili, contra naturam et naturam erat adhibita et quodam modo obtrusa.

Omnia enim gentium, quaecumque in historicorum mentionem venerunt, duae potissimum tempestates discerni possunt. Priore enim et puerili quasi aetate, quum gentes nondum in civitatis formam redactae neque ullo, nisi consanguinitatis deorumque communium vinculo, conjunctae vivere solent, nec evanire quidquam memoratu dignum, nec certa memoria servari, facile intelligitur. Ubi vero, aliqua terra pro certa et stabile sede occupata, incipit altera aetas, ex gentibus naturae modo, secantis normam

1) Quos barbaros Thucydides (I. 6.) opinatur suo tempore eandem fere vivendi rationem habere, quae vetustissimae Graecorum aetatis fuerit, certe non magnos illos et excultos populos dixit. Horum enim statum ab eo, quem antiquissimae Graeciae fuisse ipse modo exposuerat, satis sciebat esse alienissimum. — Eadem etiam ratione paulo supra „τοὺς βαρβάρους“ dixit perpetuo armatos prodire, id quod nec Indos nec Aegyptios fecisse notum est.

sensim sunt civitates secundum rationem et necessitatem publicam certis legibus constitutae. Ad hunc gradum eos populos pervenisse necesse est, apud quos negotiorum diversitas et inter singulas familias distributio locum possit habere. Ut vero universa civitas in ordines secundum negotiorum diversitatem descriptos dividi possit, non modo inceperit ista diversitas necesse est, sed jam plane sit perfecta et universae civilium rerum formae sit facta lex et regula. Jam vero quae singulorum civium singula sint negotia, nulla naturae lege praescribitur, sed hoc secundum ipsam potius naturam, etsi libera consuetudine filii solent patrum negotia et ipsi exercere, liberi tamen hominum arbitrii est. Apud eos autem barbaricos populos, quorum orbium descriptio in negotiorum ista diversitate nixa fuit, non natura, sed lege naturam imitante, filii, ut et ordines et negotia patrum sequerentur, obligati fuerunt. Apertum est igitur, castarum istam apud Indos et Aegyptios descriptionem, etsi turpe libertatis impedimentum, non a natura, sed a lege civili originem traxisse, neque incultae aetatis, sed provectae, etsi illiberalis, culturae esse institutum. Quae quum ita sint, omnino similia illis instituta in iis modo populis viguisse possunt, qui, relicta naturali illa per familias gentesque nullis fixis sedibus vivendi ratione, ad exaltatae legibusque temperatae civitatis formam jam pervenerunt. Videamus igitur, num Graeci quoque illo tempore, cujus fabulosa modo nec ad historiam scribendam satis certa memoria servata est, in modum Indorum et Aegyptiorum possint in castas divisi fuisse.

Prima Graecarum rerum memoria certa et continua heroicae, quam dicunt, aetatis descriptio illa est ex Homeri carminibus colligenda. Dubitari enim nequit, quin in his carminibus etsi non ipsius hujus temporis, cujus fabulas et gesta referunt, earum tamen aetatum insit imago paulo quidem liberius pro poetica licentia efficta, omnino

tamen ad vari similitudinem expressa, per quas liberum gestorum memoria variis populi fabulis et carminibus usque ad ipsius poetæ ætatem præpagata erit. Quare non dubie potest affirmari, illius descriptionis summam, prout Homænam sive cum Herodoto <sup>1)</sup> putamus non sive cum Apollodora <sup>2)</sup> decimo ante Chr. n. sæculo vixisse, sive decimi sive undecimi sæculi statui Græcorum rerum convenire; qui status ut etiam accuratius percipiantur, ea quoque adumbratio illius ant paulo prioris ætatis adhibenda est, quæ apud Thucydidem <sup>3)</sup> legitur. Quæ etsi plenam historicam fidem, quoniam et ipsa videtur Homæri ætate ipsiusque Thucydidis ratiocinationibus nisi, non potest habere, tamen pro gravitate viri et iudicio non levisimè momenti esse apparet. Quæcumque igitur et ex Homæo elici possunt, et apud Thucydidem inveniuntur, eorum summa hæc videtur esse: eam ætatem ab utroque adumbratam esse, qua Græcæ nationes, ommissa prisca et naturali convivendi ratione, civitates formare legibusque constituere primùm cœperint. Describuntur enim gentes Græcorum etsi in certis jam sedibus collocatæ et, apud Homærum saltem, agrorum culturae deditæ, nec vero tam prorsus solo patriæ addictæ, ut non facillime, sive fertilioris terras adspiciendæ cupiditate, sive imminente finitimorum impetu, ut eam desererent, adducerentur <sup>4)</sup>. Nec-

1) II. 53. —

2) Fragm. 1. p. 410. ed. Heyn. —

3) Lib. I. cap. 2 — 8. —

4) φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλάς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ἀλλὰ μεταναστάσις τε οὖσαι τὰ πρότερα καὶ φρεσίως ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες, βιαζόμενοι ὑπὸ πινῶν αἰεὶ πλειόνων. τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ' ἐπιμυγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις οὔτε κατὰ γῆν οὔτε διὰ θαλάσσης, νεμόμενοι τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν, καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες οὐδὲ γῆν φρυτεύοντες, ἀδελφὸν ὃν ὀπό- τε τις ἐπελθῶν, καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, ἄλλος ἀφαιρή- σεται, τῆς τε καὶ ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ἡ-



dem singularem nullum nescio commercia, quam et terra et mare latecivibus praedationibusque infestaretur, satis poterant florescere. 1); ipsae vero civitates tam multae erant et tam exiguae, quam innumerae; illas nationes gentesque, quarum singulae urbes quasi coloniae erant. Minime enim, ubi passim plures urbes sub singularem harum dominatu conjunctae reperiantur, eandem civitatem quoque unam effectum putare licet, quam potius praeter principem nihil videantur commune habuisse 2). Nondum intestinus illarum urbium status is videtur fuisse, quem vere constitutae civitatis esse oportet. Hic enim iustitia inter finis sacra fuit, regnumque, quia iurisdictio penes reges erat; civile institutum fuisse videri potest, universae tamen civitates nondum erant legitime constitutae. Nam primam iura et potestates regum nec firmata sacraque certis legibus sunt, nec certis et

*ῥοῦμενος ἰαίματιν, αὐ χυλεπαῖς ἀπειρίσταντο καὶ δι' αὐτὸ αὐτὸς μεγέθει πόλεων ἰσχυρὸν οὖτε ἐν ἄλλῃ παρασκευῇ (Thucyd. I. 2). —*

1) Thuc. I. 5 — 8. — Hom. Od. γ. 71 — 74; ι. 252 — 255:

*ὦ ξένοι, τίως ἔσσι; πόθεν ἦλθεθ' ὄρα πόλευθα; ἦ κατὰ προῆξιν ἢ μαρμίδιος, ἀλάληθες, οἷά τε ληιστῆρες ὑπεῖρ ἄλα, τοῖτ' ἀλώνται.*

*ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἄλλοδαποῖσι φέροντες;*  
cf. etiam Hermannum (Staatsalterth. §. 9.) et Platnerum (notiones juris et iustitiae ex Homeri et Hesiodi carminibus explicatae, p. 84. sqq.) —

2) Itaque in catalogo navium, quum Atticae quidem, quae jam tunc una civitas erat, praeter Athenas nullum oppidum memoretur, in Menelai, Agamemnonis, Ulixis aliorumque imperiis multae singulae urbes enumerantur. Hom. Il. β. 546 sqq.; 569 — 602; 631 — 637 etc. — Jthaci vero, quamquam cum compluribus insulis sub Ulixee rege conjuncti, tamen in Odyssea feruntur ipsi per se propriis concionibus de republica egisse, eadem fere ratione, qua Thucydides (II. 15) sub iis Atticis regibus, qui ante Theseium synoecismum vixissent, singulas Atticae urbes fecisse opinatus est. —

definitis civium jurebus terminata, sed, prout singularum, regum varia erat virtus et dignitas, jura quoque et potestates singulorum non eadem erant <sup>1)</sup>. Regia enim dignitas singularum regum heroica virtute nitetur: sapientia, fortitudine, audacia vel etiam divitiis, quippe quae ad vitam heroam dignam gerendam essent necessariae. Ita civitatis quoque, ut istam regis virtutem et gloriam heroicam excoleret et exalta frueretur et gauderet, non nihil interesse videbatur. Cives enim non solum comitantur bellentem praedantemque principem virtusque regalis facultates praebent, sed fruebantur eisdem bellorum gloria atque praeda, et opulenta regiorum, salibus et saltationibus exornatorum, delatationis, aut conviviae aut spectatores saltem et auditores, participes erant. Quare apparet reges illa aetate non tam pro summis magistratibus reipublicae haberi solitos esse, sed ipsorum potius heroicam gloriam vitamque regalem habitam esse inter praecipuos reipublicae fines.

Quum tam rudis et inculta fuerit civitatis heroicae forma, mirari non possumus, negotiorum quoque divisionis vixdum principia illa aetate inventi. Cujus rei causa satis idonea vel singularum urbium parvitas fuisset commerciumque exiguum et perpetuo infestatum <sup>2)</sup>. Quare videmus, singulas familias res ad victum necessarias sibi ipsas parasse. Agriculturam enim et pecuariam, prima omnium negotia, paterfamilias cum servis curabat, vestes a feminis et ancillis

1) Platner l. c. p. 93. —

2) Commerciorum varietatem cum diversitate necessitatum et negotiorum, quae in paulo majoribus rebus publicis evenire solet, conjunctissimam esse, testis est Aristoteles polit. I. 3. 12: — — *ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ κοινωνίᾳ (τοῦτο δὲ εἶναι οἰκία) φανερόν, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἔργον αὐτῆς (scil. τῆς καπηλειᾶς), ἀλλ' ἤδη πλείονος αἷας κοινωνίας οὐσης. οἱ μὲν γὰρ πᾶν αὐτῶν ἀκοινωνῶν πάντων, οἱ δὲ κεχωρισμένοι πολλῶν πάλιν καὶ ἑτέρων.* —

toxebantur. Erant quidem nonnulla negotia singularem quandam solertiam et exercitationem desiderantia, quae a singulis hominibus quaestus facendi causa exercebantur, et in eorum hominum numero, qui apud Homerum *δημοεργοί* audiunt, non solum medici, vates, praecones, poetae, sed etiam fabri lignarii et ferrarii habebantur <sup>1)</sup>. Sed ipsi quoque patresfamiliae narrantur domos aulave fabricasse <sup>2)</sup>. Necdum igitur omnes isti officios herolica aetate pressus erant a ceteris negotiis separati, qui vero artem aliquam a patre plerumque acceptam exercebant, rarissimi erant peregreque solebant arcessi <sup>3)</sup>. Tantum absuit, ut sollemnes officiorum ordines illa aetate essent necessaria singularem urbium elementa. Multo minus vero eo tempore, quo minime quaeque urbes sui quidem juris erant, sed ob id ipsum, jure gentium nondum, ex cultu quotidie sibi invicem interitum minitabantur, separatus ordo militum viguit. Nam etsi pauci videntur in singulis civitatibus fuisse, qui cum herbilibus bellando praedandoque totam vitam agerent, tamen ubi urbs, id quod haud raro solebat accidere, acri hostium impetu in extremum discrimen adducta fuit, tum omnibus civibus pro salute patriae erat pugnandum, quae excelsa ipsis quoque de vita et libertate pertimescendum erat <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> Odyss. γ. 425. 432 sqq. — ρ. 383 sqq. — τ. 135. — *Κεραμεις* memorantur Hom. Il. σ. 601.

<sup>2)</sup> Od. ξ. 5. sqq. — ψ. 189. sqq. Eumaeus etiam soleas sibi conficit (Od. ξ. 23 sqq.) ita ut omnia vitae negotia, sola fere fabri ferrarii opera excepta, una in singulis familiis exercita videantur. —

<sup>3)</sup> Hom. Od. ρ. 382 sqq.  
*τίς γάρ δῃ ξείνονα καλεῖ ἄλλοθεν αὐτὸς ἐπελθὼν  
 ἄλλον γέει μὴ τῶν, οἳ δημοεργοὶ ἔασιν,  
 μάντιν ἢ ἰητήρα κακῶν ἢ τέκτονα δούρων,  
 ἢ καὶ θεσπιν ἀοιδόν, ὃ κεν τέρησιν ἀείδων;  
 οὔτοι γὰρ κλητοὶ γε βροτῶν ἐπ' ἀπέλονα γαῖαν.*

<sup>4)</sup> Itaque omnes cives armati solebant prodire, Cf. Thucyd. I. c. 6. *πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλάς ἐσιδηροφόροι δια τὰς ἀφράκτους τε οἰκίσεις καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλους ἐφόδους καὶ*

Qui quia heroica aetate fuerit. Graecorum populorum status, eosdem populos priore etiam aetate in easdem secundum negotiarum diversitatem descriptas non posse divisos fuisse satis perspicuum est. Atqui negligendum non est, non omnium Graecarum nationum statum Homeri carminibus laudatisque Thucydidis locis describi, sed Achaeorum duntaxat hisque propin quarum nationum, apud quas eae fabulae, ex quibus Homerica carmina composita sunt, et natae erant et proditae. Immo vero licet suspicari, fuisse quasdam Graecas nationes, quae jam ante heroicam aetatem ad paulo superiorem civilem cultus gradum pervenisissent. Juxta Atticae incolarum singularem quandam et maturiorem culturam civilem fuisse verisimile est. Nam quum sejaneto peninsulae sita tum proprio gentis ingenio prius quam apud ceteros plerosque Graecos videtur apud Atticos reipublicae secundum rationem et necessitatem publicam constituendae desiderium natum esse. Itaque ab his jam ante Achaeorum aetatem heroicam magnum illud opus perfectum est, cujus nulla unquam alia Graeca gens, si Boeotorum et Arcadum inferioris temporis conatus brevi irritos factos emittimus, simile quidquam perfecit: clarissima illa omnium totius Atticae urbium in unam civitatem conjunctio, qua confecta Athenae universae Atticae caput sunt factae <sup>1)</sup>. Quamquam enim mythologicis temporum descriptionibus non nimiam credendum est, tamen ex eo loco quem Theseus in illis fabulis habet, colligi potest, istam universae Atticae reipublicae constitutionem, quae *συνουμισμός* vocatur, Trojani belli aetate priorem fuisse.

*Ξυνήθη τὴν διαίταν μεθ' ὀπλων ἐποιήσαντο ὥσπερ οἱ βάρβαροι . σημειῶν δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἔτι οὕτω νεμόμενα (scil. περὶ τοὺς Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Δααρυῶνας καὶ τὴν ταύτην ἤπειρον) τῶν ποτε καὶ ἐς πάντας ὁμοίων διατημάτων. —*

<sup>1)</sup> Thucyd II. 15. — Plut. Thes. c. 23. —

Quod si ex hoc Thesefo synoecismo naturus Atticos, quam ceteras plerasque Graecae nationes ad Athenam civilem culturae gradum pervenisse, hanc debet colligatur, tamen idem illud vere factum pro certo quodam sine est habendum, ante quem tanta proventus culturae institutum, quale, si unquam viguisset, fuisset ordinum distributio, in modum castorum instituta, nullo pacto in Attica vigere poterit.

Hoc enim ante omnia tenendum est, state illum synoecismum univrsam Atticam civitatem summam non existisse. Nam quam ipse (rei natura,) tum discepto Thucydidis testimonio <sup>1)</sup> apparet, duodecim data oppida tantam proprias et non junctas republicas fuisse e parvis Ioniae gentis nationibus singulas exortas. Quae ut jam satis praebuit, quod singularum istarum urbium regas quoque fuerunt peculiatae, a Thucydide vero aptissime ita fabulis etiam firmatur, quae de bellis inter singulas istas urbes commissis praeditae sunt.

1) Thucyd. II. 15: ἐπὶ γὰρ Κέρκροτος, καὶ τῶν πρώτων βασιλείων ἢ Ἀττικῇ ἐς Θησεῖα αἰεὶ κατὰ πόλεις ᾤκειτο πρωτανεῖα τε ἔχουσα καὶ ἄρχοντας, καὶ ὅποτε μῆτι δεῖδειαν, ὃ ξυνηεσάν ῥοδουλευόμενοι ὡς τὸν βασιλεῖα, ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεῦσασσι καὶ ἔβουλεύοντο καὶ πύργοι καὶ ἐπολέμασθε ποτε αὐτῶν ὡσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εἰμόλπου πρὸς Ἐρεχθεῖα, ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γένόμενος μετὰ τοῦ ξυνηετοῦ καὶ δυνατὸς τότε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τὰς βασιλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς ἐς τὴν νῦν πόλιν οἴσαν, ἐν βασιλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρωτανεῖον, ξυνώκισε πάντας, καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἕκαστους, ἅπερ καὶ πρὸ τοῦ, ἡμάγκασε μιᾷ πόλει ταύτη χρῆσθαι, ἢ ἀπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν μεγάλη γεινομένη παρεδόθη ὑπὸ Θησεῶς τοῖς ἔπειτα. κ. τ. λ. — De duodecim priscis urbibus vid. Strab. IX. pag. 397: φησὶ Φιλόχορος — — — Κέρκροτα πρώτον εἰς δώδεκα πόλεις σπουκίσαι τὸ πλῆθος ὧν ὀνόματα. Κέρκροτα, Τετραπόλις, Ἐπακρία, Δελεία, Ἐλευσίς, Ἀφύδνα, Θόρικός, Βραῦρων, Κύθηρος, Σφήκτος, Ἀφισία, Φαληρός. πάλιν ἄλλοτερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεὺς. —

Neque enim nomen solum illorum regum qui universae Atticae jam ante Thesei aetatem imperasse fabulis produntur, jam tam Atticae oppida in unam civitatem conjuncta fuisse effecti potest. Nelli enim porae nomen, siquidem Amphictyonem omnittimae, vepi conjugum facti hominisve videtur memoria subesse; Brechtius enim et Erichthonias eorum cognominibus sunt effecti 2); Cecropis persona nihil nisi antiqua Cecropia urbs specie hominis induta, nominibus Crvnae et Aetae ipsius terrae forma significatur; Pandionis denique persona 3) facta videtur ad religionem omnium Atticae urbium communem indicandam 3). In eorum modo regum personis, qui Theseum proximi antecessisse feruntur, videtur historica quaedam memoria inesse, ipsi vero isti Lycus, Pallas, Nisus non universae Atticae feruntur imperasse, sed singulis usque inter se discordibus Atticae partibus 4). Quae partes quam longe alicae, quam decedent illae urbes, fuerint, licebit suspicari: jam ante eam aetatem, quae Thesei nomine significatur, tria vel quatuor majora in Attica corpora existisse, quae singula e. complurium urbium conjunctione orta essent. Ista tamen corpora siquidem tum fuisse constat, nullo pacto possunt unius universae Atticae civitatis membra seu tribus fuisse, facileque illas tribuum

1) Cf. supra cap. II. — Etymolog. Gud. p. 208. n. 29. — Müller de saor. Mis. Pol. —

2) Hermann. Staatsalterth. 93. 9. —

3) Cfer Hermann. l. c. §, 92 init; „Ueberhaupt bildet die ganze Reihe der Könige, an welche sich die Vorgeschichte des Landes knüpft, nur ein Gewebe von mythischen Wesen und Personificationen örtlicher Verhältnisse, dessen Unschichtlichkeit sich schon durch die plumpe und unzusammenhängende Anlage verräth.“ —

4) Hermann. l. c. §. 92. 8. seq. — Sophocl. ap. Strab. II. p. 394. De ipsis partibus conferendi sunt Thucyd. II. 55; Steph, Byzant. p. 527; Suid. s. v. Παράλοι et Παράλου. —

descriptions, quae a Cecrope, Cranae, Erichthonio, institutas esse Pollux narrat, apparet esse commentitias <sup>1)</sup>. Quae quum ita sint, ne ad Thucydideam quidem istam rationem nos convertamus necesse est, quem sub antiquissimis regibus singulas Atticae urbes unas quamque res plerumque administrasse opinari supra vidimus. Nalli enim ante Theseium synoecismum videntur univrsae Atticae reges fuisse. Ne sollemnis quidem veterum illarum urbium distinctus denarius numerus Thucydideae opinioni obstat. Quem non eundem usque a principia fuisse quum jam inde, quod alio-

<sup>1)</sup> Poll. VIII. 109. καὶ αἱ γαλαὶ τὰς μὲν ἐπὶ Κεκροπῆς ἦσαν τέτταρες· Κεκροπῆς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παρᾶλία, ἐπὶ δὲ Κραναοῦ μετωνομάσθησαν Κραναίς, Ἀτθίδις, Μεσόγαια, Διακρίσις, ἐπὶ δὲ Ἐριχθωνίου Ἄσας, Ἀθηνᾶς, Ἡεστιάδωντις, Ἡρακλειδῆς. κτλ. — Cf. Schömann. de comitt. p. 348. —  
 „Horum igitur scriptorum aliquis quum eas, quae ad Clisthemem usque permanserunt, tribus non ante Jonem institutas esse sciret, quaerens, quaenam ante illud tempus populi Attici divisio fuisset, quum passim in carminibus, quae de Cecrope Cranaoque agerent, Autochthones, Cecropidas, Cranaos, Actaeos, itemque Mesogaeam, Paralam, Diacriam, Athidem nominari videret, in hac nominum diversitate eam, quam quaerebat, populi divisionem tribusque descriptionem sibi deprehendere visus est.“ — Boeckh. in corp. inscr. p. 929. — — „neque — — demonstrum, quomodo hae tribus — — cum aliis quae feruntur antiquioribus populi divisionibus conjunctae sint, quas omnes, ne Theseia quidem in Eupatridas ac Geomoros et Demiurgos excepta, fabulosas esse vel inde apparet, quod Jonica, de qua dicimus, ex summa antiquitate derivata manifesta est eademque in historicam aetatem propagata.“ — Wachsmuth. l. c. p. 225. „Aus dem Mangel eines festen Staatsbandes der ältesten Bewohner Attika's vorzugsweise ergibt sich also die Unhaltbarkeit der Sagen von Einrichtung der 4 Phylen durch Kekrops, der Namensänderung derselben durch Kranaos und Erichthonios, und nicht minder von Jons Staatseinrichtung.“ (neque enim dubitat W. quin eo loco, qui Jonis in fabulari Atticae historia ante Theseum est, vera quaedam temporum memoria indicetur.) —

rua, quaeque Atticae oppidorum, ut Myrrhinae<sup>1)</sup>, reges  
memorantur, colligi possit, tum eo maxime probatur, quod  
veteres inter duodecim istas urbes unam *τετραπόλις* dictam  
enumerant, quatuor scilicet in unum conjuncta oppida: Co-  
noem, Marathonem, Tricorythum, Probalinthum<sup>2)</sup>. Neque  
enim est dubium quin singula ista quatuor oppida separatae  
principio quidem fuerint civitates cum separatis aerebus separa-  
tisque prytaneis, postea, sed tamen ante universae Atticae con-  
junctionem, aliquopiam causa commota in unum hinc corpus co-  
haeserint. Quo facto complurimas, ut Myrrhinae, ab aliis subactis,  
urbes Atticae praeterea videntur ad duodecimarium numerum  
reductae esse. Qui etsi postea tanquam sollemnis numerus  
aeque ad Thesoum potest idem consulto servatus esse, prin-  
cipio tamen non magis cogitate institutus videtur, quam Je-  
nicarum in Asia urbium numerus et ipse duodecimarius<sup>3)</sup>.  
Quae res utcumque se habet, hoc quidem certe constat: an-  
tiquissimam illam Atticam universitatem, cujus duodecim ur-  
bes quasi membra erant, non unam civitatem fuisse in duo-  
decim partes divisam, sed societatem potius duodecim civi-  
tatum, consanguinitatis et vicinitatis et sacrorum communium  
mutualis juncturam, qualem societatem — a Graecis *ἀμφικτυ-  
ονία* dictam — antiquitus in Attica fuisse ipsam Amphicty-  
onis Attici regis fabulosum nomen indicat<sup>4)</sup>. Quamobrem

1) Paus. P. 31. 3.

2) Strab. VII. p. 383.

3) De hac re infra cap. IV. paulo uberius loquendum erit. — Wachsmuthius (l. c.) duodecim Atticas urbes unquam fuisse omnino negat, istamque memoriam ab his fabricatam censet, qui phratriarum duodecimarium numerum ab antiquissima aetate repetere voluerint. Quod, quamquam ita fuisse, cogitari hinc dubie potest, quibus tamen argumentis firmetur, non video.

4) Temeraria enim videtur C. Fr. Hermannii sententia (L. d. gr. St. A. §. 11.), qui omnes amphictyonias a consanguinitatis respectu plane alienas fuisse censet. —



et veterum testimoniis: et ipsius rei naturae secundo sententia repugnat, quicumque illas duodecim urbes, numeri aequalitate nixi, duodecim phratriis, quatuor tribuum partibus, tamquam singularum pagos respondisse censent, ita ut terminas earum singulae tribus incoluisse videantur.<sup>1)</sup>

His omnibus quum Atticae ante Thesei aetatem eundem fore, qualem Thucydides loco citato exponit, statum fuisse appareat, jam longiore argumentatione non opus est, ut intelligamus populum Atticum, antequam in unam civitatem coaluerit, non potuisse secundum negotiorum diversitatem, quam quatuor tribuum nomina haud dubie inveniunt, in tribus divisum esse. Neque enim apud pristinorum illarum Atticae civitatum singulos populos, negotia praerogata discreta fuisse verisimile est, neque, ubi nullusdum fuit universus populus Atticus, potuit universi populi in tribus divisio vigere.

1) Nec minus eadem cause Droyzenii opinioni obstant, in Ad. Schmidtii annalibus historicis (Zeitschr. f. Gesch. Jahrg. 1847. p. 289 sqq.) nuper explicatae, quae praeterea ideo quoque minus probabilis est, quia temere et contra veterum testimonia divisionem populi Attici in phratrias, gentes, familias, descriptioni quatuor tribuum alienam fuisse, affirmat. Haec enim tribus putat post perfectam demum Atticorum in unam civitatem et sub unius regis imperium conjunctionem institutas esse, illam autem decem milium octingentarum familiarum, trecentarum sexaginta gentium, duodecim phratriarum descriptionem vetusta et nativa Ionicae gentis lege nisi opinatur. Jam adlatis iis veterum locis, quibus verisimile fit, ante Solonem in singulis gentibus spiritum fuisse familiarem numerum, et hereditarium jus filiorum certis quibusdam temporibus coarctatum fuisse (de quibus locis infra cap. V. accuratius dicemus), primo statim occupata Attica singulis familiis, gentibus, phratriis putat agros in perpetuum distributos esse, quos vendere non licuisse opinatur. Quare duodecim illa oppida ipsi quoque videntur capita duodecim pagorum fuisse, qui singularum phratriarum fuerint territoria. Phratriarum autem commune vinculum tam tenue fuisse opinatur, ut ante Theseum singulae singulos reges haberent. —

Quae quum ita sint, quatuor tribus antiquissimae cujusdam castarum descriptionis reliquias fuisse, ille solus existimare potest, qui illis civis culturae, quae descripsimus, primis rudimentis priorem excultissimam quandam civitatem Jndorum Aegyptiorumve ratione institutam ante omnem hominum memoriam in Attica fuisse, cujus tamen praeter ista tribuum nomina nulla perduraverint vestigia, cum Platone somniare velit.

Nobis vero, variis istis sententiis examinatis, jam duos certos limites invenimus, intra quos descriptionem quatuor tribuum primo institutam esse necesse sit: ab altera parte synoecismum Theseium, ab altera coloniarum aetatem ab Attica in Asiae litora deductarum, quippe quas descriptionem illam Athenis in novam patriam secum deportasse constat.

Jam ab hac novissimae nostrae disputationis summa illud respiciamus, a quo profecti haec usque pervenimus, placitam supra nobis probatam <sup>1)</sup>: quatuor tribuum descriptionem tempore operere institutam esse, quo gentile Jonicum nomen populi Attici publicum et solenne vocabulum fuit.

Vidimus igitur adhuc, etsi Attici, priusquam Atticam pro certa et perpetua sede incolere coeperint, Jonico nomine solo aut praecipuo sui esse videantur, tamen ex antiquissima illa aetate et propter hujus indolem et propter ipsam naturam tribuum harum originem repeti non posse. Jam rari eo tempore, a quo inde populum, constituta universa Attica civitate, pro negotiis et ordinibus distribui potuisse fortasse concesseris, veri simillimum est, gentile illud nomen Jonicum haud magis quam Solonis et Clisthenis aetate apud Atticos usitatum et celebratum fuisse.

---

1) Cf. p. 42. —

## CAPUT IV.

Doricae migrationis aetate Jonicum nomen civitatis  
Atticae videri sollemne fuisse.

Quo magis enim singulae gentes et nationes eam terram, quam quaeque semel occupatam incolerant, pro perpetua patria habere assueverant, eo magis — id quod jam supra attigimus <sup>4)</sup> — memoriam gentilis nominis ex animis recedere necesse fuit; et quas nationes antea solum Jonicum nomen complexum erat, eadem, quam altera Aegialenses, altera Oranai, Attici Atheniensesve vocari consueverant, communis gentilisque nominis paene oblitae sunt. Nec tamen penitus hujus memoria interiit, impulsuque modo aliquo externo unum commoverentur oportuit, ut et memoria et usus ejus de novo reviviscerent. Quae impulsio a re gravissima exorta est et quae omnino Graeciae statum penitus immutavit: a Dorica migratione.

Dores enim ut ceteros Graecos populos vi sibi subicere conarentur, nulla alia causa commoti sunt, quam quod ipsi quidem se sentiebant gentem validam et arctissimis naturae

<sup>4)</sup> Vid. pag. 41. —

vltabque communis vinculis inter se conjunctam esse. Neque alia causa reportarunt victoriam de populis tunc Peloponnesum incolentibus, qui naturalem quidem illam singularem nationum domesticam concordiam jam deseruerant, necessitatem civitatis armae legibusque bene constitutae auctoritatem assecuti erant. Sed quum Doros tamquam sola vera et a Diis quasi delecta natio ceterorum degenerum Graeciae populorum dominatum. — neque enim sola Peloponnesus petebatur — jure affectare sibi viderentur, horum quoque libertatis studium excitatum est. Et hoc quidem studium sub gentili potius, ut ita dicam, quam sub civili specie videtur apparuisse. Nam si etiam populi, qui civitates magis liberae se esse, quam proprias gentes, meminisse ille tempore consueverat, tunc contra Doricos nationis impetum se quoque tamquam nationes liberae et proprias tueri ausi sunt. Itaque Atticae quoque incolae, quam consanguineos suos Aegiaeos ab Achaeis, ipsi a Doribus e patria pulsati erant, sedibus ejectos, in terrae et civitatis suae societatem recipissent <sup>1)</sup> ipsisque jam Doros e Peloponneso arma minitarentur, non Atticae modo civitatis, sed gentis Ionicae libertatem et gloriam defendere sibi visi sunt. Quin immo ab eo tempore Jonieum nomen denuo pro sollemnium Atheniensium civitatis vocabulo usitatum esse admodum verisimile est. Quod non satis probabile fiat, de coloniis ex Attica post Cadri aetatem Neleo aliisque ducibus in Asiae minoris litora deductis pauca disserenda sunt.

Secundum Herodoti auctoritatem <sup>2)</sup> plerique historici Jo-

1) Cf. Herod. I. 145. — Pausan. VII. 1. 3. —

2) Herod. VII. 94 haec de Asiaticorum Jonum origine memorat: *Ἴωνες δὲ, ὅσων μὲν χρόνον ἐν Πελοποννήσῳ οἰκίον τὴν νῦν καλουμένην Αἰαλίην, καὶ πρὶν ἢ Λαλαὸν τε καὶ Εὐθύρον ἀπικέσθαι εἰς Πελοπόννησον, ἐκάλουντο Πελασγοὶ Αἰγαλῆες κ. τ. λ.* — Cf. C. Fr. Hermann. Staatsalterth. §. 17. 7. et 18; §. 77. 1. — Paus. VII. c. 3. — 4.

nitas illas urbes in Cariae Lydiaeque oris sitas eorum ab universa Aegialensi et Jonum natione conditas esse; quae postquam a pristina patria in Atticam recepta sit, adique annos tibi commemorata; inde, nonnullis indigenis Atticis aliis- arumque quarundam gentium reliquiis aucta in Asiam commigraverit. Quae tamen sententia diligentius nobis et ipsam rem naturam et nonnullas historicas de ea memorias considerantibus infirmissima esse apparet. Jam illud enim, quod ipsa urbs Athenae ab omnibus haud dubie proditur eorum urbium origo fuisse, de opinione illa potest movere dubitationem. Haud facile enim expediendam est, qua natione ista Aegialensis ratio integra quidem et ab Atticis sejuncta, dum in Attica commoraretur, permaneret, nec tamen eo minus non Melicem postea aliamve ullem prioris patrias urbem, sed ejus terrae caput, in qua hospes modo aliquamdiu morata esset, pro novarum urbium origine habere et colere poterit. Id quod eo magis esset mirandum, quo plura pristinae istius Athenarum et Jonicarum coloniarum necessitudinis certa undique vestigia occurrant. Primum enim complura Atheniensium sacra et sollemnia <sup>1)</sup> in Asiam deportata ferantur: imprimis Apaturia in coloniis quoque tanti momenti fuerunt, ut Herodotus <sup>2)</sup> eas solas Asiaticarum urbium diceret Jonicas esse, quae Apaturia Athenis deportata agerent. Deinde etiam inter duces migrationis <sup>3)</sup> ne unus quidem

<sup>1)</sup> Ut Anthestheria (Thucyd II. 15.) et Thargelia (cf. Od. Müller. Dorier I. p. 327). —

<sup>2)</sup> Herod. I. 147: εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηναίων γεγόνασι καὶ Ἀπατούρια ἀγοῦσι ὀρθήν, ἀγοῦσι δὲ πάντες πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων, οἵτοι γὰρ μόνον Ἴωνων οὐκ ἀγοῦσι Ἀπατούρια καὶ οὔτοι κατὰ φύσιν τινὰ σκῆψιν. — De Apaturiis autem vid. Hermann. Staatsalterth. §. 100. 10; Gottesd. Alterth. §. 56. 28. — O. Müller. Prolegg. p. 401. —

<sup>3)</sup> Pausan. l. c. hi enumerantur principes migrationum earum duces: Neleus, qui Miletum, Androclus, qui Ephesum

Angialameis heredis nomen refertur, sed; si variarum illarum nationum fragmentorum duces omittimus, Athenienses omnes et plerique ex ipsa regia stirpe memorantur. Ipsum quoque regnum omnium praeter Chium et Samum coloniarum videtur penes stirpem Codri fuisse; 1) quia imo Phocenses ut in societatem Jonicam reciperentur non prius assecuti sunt, quam tribus viris e Codri progenie Teo et Erythris accessitis imperii summam detulissent, 2) unde colligi potest: confederationis Jonicae societatem, quomodo — Herodoto auctore — agnoscere quidem ex Apaturiorum celebratione poterit, ita nulli urbi, initio saltem 3), per-

condidit, Damasichthon et Promethus, Andraemon, Apocurus Colophonis, Lebedi, Tei conditores, qui omnes Codridae feruntur; praeterea Athenienses Philogenes et Damon Phocensium coloniarum in Phocaea condenda duces fuerunt, duoque alii Codridae feruntur postea Teum alterum coloniam deduxisset Damasus et Naoclus. His Atticis addendi sunt Boeotus Gees cum Damaso et Naoclo dux alterius Teum deductae coloniae, Pyliorum dux Andraemon, Promethi et Damasichthonis in Colophone condenda socius; denique Cadmeorum dux Philotas, qui Prienei sive Cadmei primus condidisse videtur. — Cf. Strab. IX. 397. —

1) Mileti enim regnavit Neleus, Myunte Cyaretus sive Cydrelus, Prienes Nelei filius Aepytus, Ephesi Androclus, Colophone Promethus et Damasichthon, Lebedi Andraemon, Tei Apocurus, Glazoumnia Harphantis, Phocaeae Oetes, Periclus, Abartus, Erythris Cleopus sive Cnopus, quorum omnium origo a Codro repetebatur. Cf. Paus. et Strab. II. 34.

2) Paus. VII. 3. 5. *Τάτων δὲ οὐ δεχομένων ἀφ᾽ αὐτῶν, (scil. τοῖς Φωκαεῖς) ἐς Πανιώνιον, πρὶν ἢ τοῦ γένους βασιλέως τοῦ Κροθιδῶν λάθωσιν, αὐτῶ παρὰ Ἐρυθραίων καὶ ἐκ Τέω δὲ Οἰκτῆν καὶ Πέρικλον λαμβάνουσι καὶ Ἀβαρτον.* —

3) Chios enim et Samos, quae non videntur a Codridis rectae esse, etsi prius quam Phocaea conditae, tamen post hanc videntur in societatem Jonicam receptae esse. Sami enim primo etiam bellasse cum Ephesiis et Andraelo rege feruntur (Paus. VII. 4. 3.); Chios autem qua ratione condita sit et in Jonicam societatem accesserit, ex veteribus non satis

multis esse solitam, cujus regnum non penes Codrides esset. Quoniam vero gravissimum momentum contra Herodoti sententiam in eo positum est, quod eadem quatuor Atheniensium tribus, de quibus hac dissertatione agitur, quia etiam Tel Cyclicae, in colonia Milesiorum, valuisse reperiuntur. 1), Athenis in Asiam haud dubie deportatae sunt. Quamobrem, quicumque Aegialensium gentem colonias Asiaticas condidisse, defendere vellet, quoniam nemini adhuc tribus illae institutum Aegialensium visae sunt, eundem sumere necesse esset, Aegialenses, dum quidem in Attica per triginta annos commorarentur, singularitate et proprietate sua deposita, tam arcte se cum indigenis Atticae incolis conjunxisse, ut etiam in tribus eorum distribuerentur; eosdem tamen post tot annos 2) coloniarum ducendarum causa ex Attica populo denuo secerni et in singulare Aegialensium nomen pridem depositum rursus conjungi potuisse. Quod quam absurdum esset, patet.

Jam ea, quae huc usque disputata sunt, veram coloniarum originem possunt demonstrare; quae tamen evidentius etiam vetusta quadam fabula, quam idem ipse Herodotus memorat, significatur. Qui postquam Ionam Asiaticorum superbiam, qui se purissimae ac generosissimae Ionicae stir-

aperte perspicitur. Cf. Paus. et Strab. II. c. et Hermann. Staatsalterth. § 77.

1) Id quod compluribus inscriptionibus probatur ap. Boeckh. corp. inscr. vol. II. no. 3078 et 79; 3657. 3663 — 3665. — Cycici quatuor Atticis tribus duae novae additae erant? *Βορπις* et *Οιρώνας*, de quarum origine videndus Boeckh. ad corp. inscr. —

2) Aegialenses enim certe ante Corinthum a Doribus expugnatam e Peloponneso emigrasse putaverim; quae expugatio quam triginta annis post primum Heraclidarum adventum facta feratur, inter hanc autem et Milesium conditam sexaginta annos interfuisse constat, Aegialenses triginta annos minimum in Attica morati esse putandi essent. —

pis esse putarent, enumeratis multis istis variisque aliarum gentium fragmentis et particulis, cum quibus coloni primi misti fuerint, refutavit, libri I. cap. 146. his verbis pergit: οἱ δὲ αὐτῶν, ἀπὸ τοῦ προτανηίου τοῦ Ἀθηναίων ὀρμηθέντες, καὶ νομίζοντες γενναιότατοι εἶναι Ἰώνων, οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας ἡγάγοντο εἰς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Κασίρας ἔσχον, τῶν ἐφόνευσαν τοὺς γονέας. διὰ τοῦτον δὲ τὸν φόνον αἱ γυναῖκες αὐταὶ νόμον θέμεναι σφίσι αὐτῆσι ὄρκους ἐπήλασαν καὶ παρέδωσαν τῆσι θυγατράσι, μὴ ποτε ὁμοσιτῆσαι τοῖσι ἀνδράσι μηδὲ οὐνόματι βῶσαι τὸν ἑωνιῆς ἄνδρα τοῦδε εἶνεκα, ὅτι ἐφόνευσαν σφέων τοὺς πατέρας καὶ ἄνδρας καὶ παῖδας καὶ ἔπειτεν ταῦτα ποιήσαντες αὐτῆσι συνοίκεον. ταῦτα δὲ ἦν γινόμενα ἐν Μιλήτῳ. Ipsam igitur migrantium robur, quod, Jonicae stirpis, Herodotus censet ex Aegialo oriundum fuisse, vetusta ista et genuina haud dubie fabula <sup>1)</sup> narratur nullas uxores in novam patriam deportasse, quum ceterae illae nationum particulae cum uxoribus et liberis videantur migrationis participes fuisse. Quare apparet, Jones istos non universam Aegialensium nationem fuisse, quippe quae sine uxoribus non migravisset, sed Atticae juventutis solummodo partem superfluum ad colonias condendas missam esse; quae ab aliis cujusque aetatis urbisve coloniis majore modo migrantium numero videntur diversae fuisse. Quamquam

<sup>1)</sup> Leviter modo ista fabula veram memoriam immutasse videtur. Verisimile est enim, humilium istorum rituum causam non tam feminarum quandam conjurationem, quam ipsorum virorum aspersionem fuisse, propter quam captivis illis uxoribus neque viros suos nominibus appellare, neque cum iis una coepare liceret; id quod bene Od. Müllerus intellexit, qui (Dor. I. pag. 76) haec de ista re disserit: „Das unterscheidet diese Wanderung (scil. der Dorier) sehr von der der „Jonier, welche nach Herodot ohne Frauen aus Attica auswandern, Karerinnen zu Frauen oder vielmehr zu Sklavinnen nahmen, die den hellenischen Mann nicht bei seinem „Namen, sondern nur Herr nennen durften.“ etc. —



secessionis ejus ipsa causa in eo fuit posita, quod post receptos Aegialenses nimis aucto incolarum numero Attica terra non jam sufficiebat; nec ipsos colonos magnam partem posse Aegialensium receptorum filios aut nepotes fuisse negaverim.

Jam quod solum videtur Herodoti de coloniarum origine opinionem firmare posse, cultus est Neptuni Heliconii, cui in Mycalensi fano cunctae coloniae Jonicae in Panioniis sollempnibus tamquam communi Joniae patrono sacrificare solebant<sup>1)</sup>. Hujus enim Neptuni Heliconii origo recte videtur ab omnibus ab Helice Aegialiensi urbe repeti<sup>2)</sup>. Sed hoc nostrae quoque de coloniis sententiae saltem non repugnat. Considerantibus enim, cum receptis Aegialensibus religiones quoque et sacra eorum in auctam posthac et denuo constitutam civitatem Atticam recepta esse, non potest mirum videri, si ab hujus colonis eadem illa sacra etiam in Asiam deportata feruntur. Et qui praeterea reputat, religionum formas illo tempore nondum stabiles fuisse et plane immutabiles, sed pro mutatis aetatum populorumque ingeniis ipsas quoque nasci aut interire, crescere vi et auctoritate aut minui solitas esse, ille non repugnare sibi intelliget, quod Neptuni Heliconii cultus in coloniis quidem istis tanti momenti fuit, ut cum celebratione societatis earum conjungeretur, Athenis autem, unde a colonis in novas sedes deportatus erat, aut interiit postea, aut omni auctoritate privatus est; eadem enim ratione Minerva quoque supremam eam auctoritatem, qua Athenis omni tempore fruebatur, in coloniis illis nunquam adepta videtur.

Sed sunt fortasse, quibus non sufficiat, quod posse quidem omnino tantam cultuum discrepantiam inter Athenas

<sup>1)</sup> Herod. I. 148. —

<sup>2)</sup> Pausan. VII. 24, 4. —

coloniasque illas intercessisse intelligant, neque tamen ejus discrepantiae ipsam causam perspiciant. Quibus satisfieri poterit, si universum hoc disquirimus: qua ratione factum sit, ut Jones illi Asiatici Aegialenses potius, quam Atticos Jones patres suos credere paullatim assuescerent. Hanc enim opinionem et ante Herodotum et post eum in Joniae urbibus valuisse, ex ipso Herodoto aliisque historicis apparet, quippe qui ea, quae de coloniarum origine prodant, ex hominum sermone haud dubie mutuati sint. Illius igitur rei prima causa facile, puto, in diversa coloniarum et Atheniensium quum universa conditione, tum regionum indole reperitur. Nam Athenienses quidem potentissimis undique populis circumdati et intra Atticae fines coërciti, nec mari quidquam per quinque usque secula valentes, coacti erant, ut suae patriae terrae quodammodo addicti, cum multis laboribus et intestinis cladibus auctoritatem sibi et opulentiam omnibus viribus pararent, ob id ipsum vero se cum patria sua conjunctissimos et Atticae terrae tamquam alumnos sentire nunquam desierunt. Coloniae autem Asiaticae naturali isto unitatis quasi fundamento ab initio caruerunt. Quae, quum novae patriae natura navigationi maritimoque commercio praecipue esset idonea, ipsique coloni finitimis populis. — initio saltem — multo videantur potiores fuisse; virium suarum coloniis in omnes regiones deductis in dies augendarum liberrima fruebantur facultate<sup>1)</sup>; id quod florentissimi eo tempore coloniarum ingenii et domestici status, quo tantopere tum Atheniensium populum superabant, et causa fuit et vicissim eo nitebatur. Quare facile intelligitur, Asiaticorum Jonum animos a superatis tantopere vigore et cultura ingenii Atheniensibus esse alienatos. Neque id potest mirum esse, quod iidem illi animi videntur in alterius

---

-1) Cf. Hermann. Staatsalterth. § 78. —

Jenum pristinae sedis memoriam inclinasse, Aegiali Peloponnesii, quae tam multa haberet novae patriae simillima. In situ enim utriusque regionis juxta maritimam oram extensae ipsa quoque memoria culti praecipua religione Helices Neptuni, cujus elementum coloniis maxime esset carum et necessarium, satis causae fuit, ut Aegialum, unde quaedam colonorum pars revera licet fuerit oriunda, putarent universae colonorum multitudinis primam patriam fuisse. Numerum quoque coloniarum duodenarium ad exemplar Aegialensium urbium, quae et ipsae feruntur duodecim fuisse, consulto definitum esse Herodotus <sup>1)</sup> existimat. Sed quae a Strabone et Pausania de coloniarum earum origine accuratiora sunt prodita, illam opinionem falsam esse commonstrant. <sup>2)</sup> Nam his auctoribus ab ea colonorum turba, quae prima princepsque colonia Athenis deducta est, duae modo urbes Miletus et Ephesus conditae sunt. Ceterae decem alia post aliam, prout res ipsa ferebat, aut novis colonis ex Europa advenientibus, aut coloniis Mileto Ephesove deductis, in numerum accesserunt, qui post aliquot modo annos videtur expletus esse <sup>3)</sup>. Qui ubi semel fuit definitus, memores ejusdem Aegialensium urbium numeri — nisi forte

---

<sup>1)</sup> I. 146. ταῦτα δωδέκα μέρη νῦν Ἀχαιῶν ἐστὶ, καὶ τότε γε Ἰώνων ἦν. τούτων δὲ εἶνεκα καὶ οἱ Ἴωνες δωδέκα πόλις ἐποίησαντο. x. τ. λ. —

<sup>2)</sup> Strab. IX. p. 397. — Paus. VII. c. 2 — 4. — Cfer. Raoul-Rochette, histoire crit. de l'établ. des colonies Grecques, vol. III. p. 75. sqq. —

<sup>3)</sup> Miletī coloniae fuerunt Myus, Priene, et fortasse etiam Colophon (cf. Raoul-Rochette l. c.), Erythrarum coloni e compluribus Jonicis urbibus collecti erant (Paus. VII. 3. 4.). Clazomenae aliquot annos certe post Miletum conditae sunt; mixta enim turba, quae eas condidit, a Colophonis, Miletī, ut visum est, colonia, ducem quendam Paralum sive Parphorum accepit. Teos a pronepote denuum Codri, Apoeco, condita fertur; ultima denique omnium Phocaea condita esse constat. —

ejus ipsius potius memoria in similitudinem Asiaticae Joniae ficta est — consulto videntur illum retinuisse. Quamquam ne hoc quidem omnibus temporibus valuit, quia Smyrna postea in societatem accessit<sup>1)</sup>. Quae quum ita essent, Neptuni Heliconii, qui ab Aegialensibus summopere cultus fuisset, coloniarum quoque incolis majorem auctoritatem videri necesse fuit. Qui ut illum pro societatis suae patrono habere et in ejus fano conventum suam et Panionia sollempnia celebrare solerent, quum situ urbium maritimoque commercio, tum eo adducti videntur, quod et Codridae et Glaucidae, quorum in quibusdam coloniis commune cum Codridis regnum fuisse Herodotus<sup>2)</sup> memorat, gentilem, ut videtur, Neptuni cultum<sup>3)</sup> habebant. Jam si iis, quae huc usque disputata sunt, satis explicatum videtur, quo pacto opinio ista de Jonicarum coloniarum origine, quae ab Herodoto proditur, apud has ipsas nasci potuerit, in Attica tamen memoria istius originis vera videtur apud multos servata esse. Namque apud Thucydidem praesertim quidam loci inveniuntur<sup>4)</sup>, qui etsi Hero-

1) Herod. I. 150. —

2) Herod. I. 147. —

3) Od. Müller. prolegg. p. 273 et p. 353; cf. Liter. Gesch. I. p. 77. —

4) Thucyd. I. 2: ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι ὡς βέβαιον ὄν ἀνεχώρον καὶ πολῖται γιγνόμενοι εἰδὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἐπιποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν, ὥστε καὶ ἐς Ἴωνιαν ὕστερον, ὡς οὐχ ἰκανῆς οὐσῆς τῆς Ἀττικῆς, ἀποικίας ἐξέπεμψαν. — I. 12: μόλις τε ἐν πολλῷ χρόνῳ ἤσυχάσασα ἡ Ἑλλάς βεβαίως καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη ἀποικίας ἐξέπεμψε, καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ὤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλεῖστον Πελοποννήσιοι, τῆς δὲ ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἅ χωρία. — Cfer etiam I. 6; II. 15. — Euripideū quoque Jonis cuidam loco (1599 sqq.) eadem fere sententia subesse videtur, quippe qui Jonis, quem indigenam esse universa ista tragoedia tuetur, quatuor filios, Atticarum tribuum patronos, vaticinetur colonorum Asiae patres futuros esse. —

detecae opinioni non diserte obsequantur, tamen Asiaticae Joniae urbes nil nisi simplices colonias Atticas, nimii Atticorum civium numeri minuendi causa deductas, fuisse narrent. Neque vero in ipsis quidem Asiaticis coloniis vera originis memoria prorsus potest interiisse. Notum est enim, necessitudinem illam Atticae et Joniae Asiaticae postea ab utraque parte, variis occasionibus, prout utraque auxilio eguit, vicissim alteri esse in memoriam revocatam <sup>1)</sup>. Quin immo hoc ipsum, quod vera memoria simul cum falso illo populari sermone servata est, causa haud dubie mirae istius et contortae opinionis fuit; qua Aegialensium integrum populum, mora modo in Attica facta, porro inde in Asiam migrasse putarunt.

Quodsi ex iis, quae diximus, maxime probabile visum est, Asiaticarum illarum urbium conditores cives Atticos deductos fuisse, jam, quum colonias illas omni tempore sollemni nomine Jonico usas esse constet, etiam hoc nomen ex Attica deportatum fuisse affirmare licebit <sup>2)</sup>. Quae si hujus excursus summa cum eo conjungitur, quod supra Jonicae stirpis nominisque Jonici sensum, qua aetate coloniae istae deductae sint, apud Atticos vividissimum fuisse probavimus, non nimis audacter, puto, ratiocinabimur, priscum gentile nomen Jonicum, si ullo omnino tempore, eo certe tempore tamquam proprium et sollemne Atticae civitatis nomen valuisse, quod inter Peloponnesum a Doribus occupatam et coloniarum in Asiam deductarum aetatem inter-

---

<sup>1)</sup> Herod. V. 97 et VIII. 22. —

<sup>2)</sup> Uebelenii opinio, qui Jonicum nomen apud duodecim Asiaticarum urbium incolas primum natum, indeque postea Atheniensibus, istarum urbium conditoribus errore inditum putat, bene refutatur a Schoemanno in Zimmermanni Zeitschr. f. d. Alterthswissensch. 1837. p. 825. sqq. —

fu erit <sup>1)</sup>. Certe enim ista tempestate sensus Jonicae stir-

1) Evidentius etiam documentum hujus rei fabula quaedam a Strabone et a Plutarcho memorata praeberet, nisi de ejus fide esset valde dubitandum. Dicitur enim Theseus, quum Megaridem cum Attico regno conjunxisset, in Isthmo Corinthiaco terminum posuisse, cujus occidentali parti haec verba:

*Τὰ δ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.*

orientali parti:

*Τὰ δ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.*

inscripta feruntur (Strab. IX. 6. p. 392; Plot. v. Thea. c. 25.) Qui terminus cum his inscriptionibus si revera unquam exstitit, certe non, ut Plutarchus narrat, Thesei aetate, sed intra receptos in Atticam Aegialenses et Megaridem a Doribus occupatam positus est. Neque enim, quo tempore in ipsa Peloponneso Jones habitarent, Peloponnesus inscriptione cum Jonia comparata esset; neque quo tempore Megaris Doribus subjecta esset, omnis regio ab Isthmo Orientem versus sita potuisset *Ἰωνία* dici. Et quum, tam antiquo praesertim tempore, quo literae, siquidem omnino tum Graecis notae erant, rarissime certe in usum venirent, ejusmodi terminus literis inscriptus nulla ratione, nisi sollemni finitimarum urbium pactione, posset constitutus esse, non jam, si tota memoria genuina esset, dubitare possemus, quin tempore inter receptos Aegialenses et captam a Doribus Megaridem interjecto Jonicum nomen Atticae civitatis legitimum et sollemne fuisset. Sed eae inscriptiones, quales a Strabone et Plutarcho recitantur, quoniam trimetri tragici sunt, non ad verbum certe genuinae esse apparent. Possint igitur illae ab eo tragico poeta, a quo Plutarchum eas sumsisse verisimile est, temere fictae videri. Sed vix potest perspici, qua alia ratione, nisi vetusta quadam memoria, adductus ille tragicus Atticam insolito nomine *Ἰωνίαν* vocaverit, quod neque tragicae poeseos aetate Atheniensibus gratum usitatumve fuisse, nec in fabulis Atticis nimis saepe reperiri jam supra (capp. I. et II.) vidimus. Ista vero vetusta memoria, quoniam ea non modo res, sed ipsa verba inscriptionis accuratissime prodita fuisse necesse esset, vix alia quam ipsa illa antiqua inscriptio fuisse posset. Quare arbitretur fortasse aliquis, illum terminum quum post capta Megara remotus esset (*ἠφάνισαν τὴν στήλην* — Strab. IX. 7. p. 393.), apud Corinthios aut Megarenses servatum; postea in filii tragici conspectum cecidit e. Sed hujus rei tantae sunt difficultates ut ego nec eam ipsam adjudicare,

plis simultatisque inter Dorum et Jonum nationes tantopere vigit, ut, quomodo fabulosam quatuor tribuum cum Jonis nomine conjunctionem a stabili et perpetua ceteroquin Atticarum fabularum consuetudine differre vidimus, eodem modo tempestas ea a ceteris Attici populi aevis tamquam Jonica potissimum Atheniensium aetas discrepasse videatur.

Quamobrem et ratio illius fabulae de quatuor tribuum origine proditae satis profecto explicata, neque ea ipsa origo dubia esset, si ipsius hujus instituti natura, quantum ea nunc perspici potest, ea fuisse probaretur, quae illius aetatis ingenio et indoli convenisset.

---

nec illa inscriptione ad opinionem meam de nomine Jonico firmandam uti audeam. Confer. etiam Od. Müller. Orchomenos, p. 232. —

## CAPUT V.

Quae vera videatur tribuum origo earumque institutionis summa fuisse?

---

Redeamus jam ad Atticae statum disquirendum, qualis statim post duodecim urbium synoecismum fuerit.

Etiam sine disertis testimoniis cognosci potest, duodecim pristinarum urbium civitates singulas, si non in tribus, in gentes certe et phratrias divisas fuisse <sup>1)</sup>. quae aut revera e cognatarum familiarum societatibus ortae aut in similitudinem modo consanguinitatis arte et consilio institutae esse possunt <sup>2)</sup>. Cunctis autem illis civitatibus in unum populum conjunctis et quasi confusis, novam mox universi hujus Attici populi partitionem desiderari necesse fuit. Nam singulae illae gentes, phratriae, vel etiam tribus, quae cum singularum civitatum magnitudine optime licet convenissent, eadem tunc, in unisera civitate conjunctae et commistae, tam multae erant haud dubie et tam diversae magnitudinis,

---

<sup>1)</sup> Hom. II. β. 363. sqq. —

<sup>2)</sup> Cf. C. Fr. Hermann. Staatsalterth. §. 5. 5. sqq; §. 99. 7. —



ut sine summa difficultate et reipublicae perturbatione vix possent pro universi populi partibus legitimis valere. Quae perturbatio, quum migrationum aetate plurimae externae familiae nobiles atque adeo fere integra Aegialensium natio in civitatem reciperentur, in immensum etiam aucta videtur. Quin haec istius hominum turbae receptio jam sola per se videtur suffectura fuisse, ut nova post eam tribuum descriptio, qualemcunque ad id temporis valuisse putamus, necessaria fieret.

Itaque non jam, ut supra visum erat, omne tempus inter synoecismum Theseium et coloniam Miletum deductam interjectum, sed quae inter receptos modo in Atticam Aegialenses conditasque colonias Asiaticas interfuit aetas, pro ea habenda videtur, intra cujus fines illarum tribuum descriptio possit instituta esse. Quae opinio etiam cum indole ejus tempestatis optime convenit. Nam haec, quantum a nobis perspicari potest, ea certe fuit, quae non requireret modo et desideraret novam populi partitionem, sed etiam instituendae ejus nec voluntate careret nec ingenio. Aetas enim illa Dorum aliarumque gentium migrationibus inclyta quemadmodum in universa Graecorum historia quasi terminus fuit, a quo novae civitatum constituendarum rationes valere inciperent, ita Atheniensium quoque res in summum discrimen perductas prorsus convertit et immutavit. Nam sicut quingentis annis postea, Solonis aetate, intestinae reipublicae angustiae, sexcentis annis postea, Aristidis et Themistoclis aetate, externum periculum simul patriae amorem et reipublicae commutandae studium in civium animis excitavit ita jam tum et periculum a Doribus imminens et intestinae angustiae miseriaeque (has enim tum in Attica fuisse, ipsae deductae coloniae commonstrant) conjuncta videntur patriae quidem defendendae ardorem incitasse, reipublicae vero secundum rationem modo constituendae studium primum quasi creavisse. Quod studium ubi excitatum est,

paucis. nota sub heroicae stirpis regibus sine ulla lege in familiarum modum convivendi relicta et lex proinde summa civitatis norma facta est <sup>1)</sup>. Quare notissima fabula de Codri pro patria devotione ex ista aetate prodita pulcherrimo novum saeculi ingenium indicat. Cui quum pro publica salute, ut quae esset finis reipublicae, etiam principi moriendum esse videretur, proinde non jam reges poterat civitas habere, sed principes modo liberae reipublicae magistratus <sup>2)</sup>. Et haec quidem mutatio, etsi novi summi magistratus nobilium magis quam populi saluti prospicerent: revera tamen initium ejus. universae reipublicae commutationis fuit, quamvis lente progressa esset, quingentis annis postea tandem perfecta, respublica ad egregiam opulentiam et praecclarum eum vigorem, quo Pericleo tempore florebat, pervenit.

Jam videndum erit, qualem et cujusmodi partitionem populi illo tempore institui potuisse verisimile sit: imprimis, num ordines pro negotiis in castarum modum divisi, quales, etsi nominibus tribuum indicantur, ex antiquissimo tamen tempore repeti, absurdissimum supra cognovimus, ne peritius quidem aetatis ingenium et naturam admissi esse videantur.

Quam rem quum disquirere conemur, hoc quidem primum etiam sine argumentatione probabitur: partitionis ea

---

<sup>1)</sup> Cf. Platner, Beiträge p. 48: „Unter seiner (scil. des „Melanthos) Regierung ereignete sich die Einwanderung der „Jonier, und wie er und sein Geschlecht, mit welchem die „Herrschaft der Archonten beginnt, der atheniensischen Verfassung erst eine feste Gestalt gab, so leidet es wohl keinen Zweifel, dass erst seit dieser Zeit die jonische Phylentheilung aufkam.“ —

<sup>2)</sup> Paus. IV. 5. 4. τούς γὰρ ἀπὸ Μελάνθου, καλουμένους δὲ Μεδοντίδας, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφείλετο ὁ δῆμος τῆς ἐξουσίας τὸ πολὺν, καὶ ἀντὶ βασιλείας μετέστησεν ἐς ἀρχὴν ὑπεύθυνον. κ. τ. λ. —

ut sine summa difficultate et reipublicae perturbatione vix possent pro universi populi partibus legitimis valere. Quae perturbatio, quum migrationum aetate plurimae externae familiae nobiles atque adeo fere integra Aegialensium natio in civitatem reciperentur, in immensum etiam aucta videtur. Quin haec istius hominum turbae receptio jam sola per se videtur suffectura fuisse, ut nova post eam tribuum descriptio, qualemcunque ad id temporis valuisse putamus, necessaria fieret.

Itaque non jam, ut supra visum erat, omne tempus inter synoecismum Theseïum et coloniam Miletum deductam interjectum, sed quae inter receptos modo in Atticam Aegialenses conditasque colonias Asiaticas interfuit aetas, pro ea habenda videtur, intra cujus fines illarum tribuum descriptio possit instituta esse. Quae opinio etiam cum indole ejus tempestatis optime convenit. Nam haec, quantum a nobis perspicere potest, ea certe fuit, quae non requireret modo et desideraret novam populi partitionem, sed etiam instituendae ejus nec voluntate careret nec ingenio. Aetas enim illa Dorum aliarumque gentium migrationibus incluta quemadmodum in universa Graecorum historia quasi terminus fuit, a quo novae civitatum constituendarum rationes valere inciperent, ita Atheniensium quoque res in summum discrimen perductas prorsus convertit et immutavit. Nam sicut quingentis annis postea, Solonis aetate, intestinae reipublicae angustiae, sexcentis annis postea, Aristidis et Themistoclis aetate, externum periculum simul patriae amorem et reipublicae commutandae studium in civium animis excitavit ita jam tum et periculum a Doribus imminens et intestinae angustiae miseriaeque (has enim tum in Attica fuisse, ipsae deductae coloniae commonstrant) conjuncta videntur patriae quidem defendendae ardorem incitasse, reipublicae vero secundum rationem modo constituendae studium primum quasi creavisse. Quod studium ubi excitatum est,

paucis notia sub heroicae stirpis regibus sine ulla lege in familiarum modum convivendi relicta et lex proinde summa civitatis norma facta est <sup>1)</sup>. Quare notissima fabula de Codri pro patria devotione ex ista aetate prodita pulcherrime novum saeculi ingenium indicat. Cui quum pro publica salute, ut quae esset finis reipublicae, etiam principi moriendum esse videretur, proinde non jam reges poterat civitas habere, sed principes modo liberae reipublicae magistratus <sup>2)</sup>. Et haec quidem mutatio, etsi novi summi magistratus nobilium magis quam populi saluti prospicerent: revera tamen initium ejus. universae reipublicae commutationis fuit, qua, quamvis lente progressa esset, quingentis annis postea tandem perfecta, respublica ad egregiam opulentiam et praecelaram eum vigorem, quo Pericleo tempore florebat, pervenit.

Jam videndum erit, qualem et cujusmodi partitionem populi illo tempore institui potuisse verisimile sit: imprimis, num ordines pro negotiis in castarum modum divisi, quales, etsi nominibus tribuum indicantur, ex antiquissimo tamen tempore repeti, absurdissimum supra cognovimus, ne peritius quidem aetatis ingenium et naturam admissi esse videantur.

Quam rem quum disquirere conemur, hoc quidem primum etiam sine argumentatione probabitur: partitionis ea

---

<sup>1)</sup> Cf. Platner, Beiträge p. 48: „Unter seiner (scil. des Melanthos) Regierung ereignete sich die Einwanderung der Jonier, und wie er und sein Geschlecht, mit welchem die Herrschaft der Archonten beginnt, der atheniensischen Verfassung erst eine feste Gestalt gab, so leidet es wohl keinen Zweifel, dass erst seit dieser Zeit die jonische Phylentheilung aufkam.“ —

<sup>2)</sup> Paus. IV. 5. 4. τοὺς γὰρ ἀπὸ Μελάνθου, καλουμένους δὲ Μεδοντίδας, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφείλετο ὁ δῆμος τῆς ἐξουσίας τὸ πολὺν, καὶ ἀντὶ βασιλείας μετέστησεν ἐς ἀρχὴν ὑπεύθυνον. κ. τ. λ. —

aetate institutae externam quasi formam et speciem neque Athenis neque in ulla omnino Graeca urbe aliam nisi consanguinitatis esse potuisse. Etiam si igitur novae populi partes classesve necessario erant *φυλαί, φρατρίαι, γένη* appellandae, ipsaque partitio hereditaria esset, oportebat, tamen divisionem populi, ex indigentis, Aegialensibus aliisque peregrinis familiis varie mixti, secundum normam verae familiarum consanguinitatis, quam perquirere difficile fuisset, instituere, nemini potuit in mentem venire. Itaque alia distribuendorum civium norma et regula investiganda erat.

Quare quum supra <sup>1)</sup> synoecismi Theseii aetas terminus esse nobis visa sit, ante quem Atticorum negotia non possint prorsus distincta et inter singulos cives distributa fuisse, jam ea aetate, quae interfuit inter illum terminum et Melanthum regem, ubi primum satis magna et stabilis respublica (quae prima illiusmodi negotiorum distinctionis est conditio) constituta fuit, singula hominum genera et quasi ordines pro iis negotiis, quae cujusque civitatis potissima elementa sunt, distingui coepisse, maxime est probabile. Inter haec hominum genera neque qui agro colendo suum et ceterorum praecipuum victum quaerent, neque instrumentorum aliarumque rerum ad vitam necessariorum opifices deesse potuerunt. Id quoque, quod vocabulum *Αἰγυκοεῖς* indicat, satis magnum civium numerum fuisse, qui agris suis ad ovium modo et caprarum greges alendos uterentur, pro tam vetusto tempore, quo homines non ita diu vagam vitam reliquerant, veri non absimile est, quum postea, quoniam omnes fere Atticae agri tum colebantur, agricolae simul rem pecuariam exercere solerent. Quae tria Atticae civium genera quum necessariis negotiis essent definita, quartus etiam militum quidam ordo videtur praeterea natus esse. Jam heroica

---

<sup>1)</sup> cap. III. —

enim Achaeorum aetate, qua Attica ista aetas, etsi tempore non multo posterior, exulta tamen republica vitaque civili multo provecior erat, quamquam de sejuncto militum ordine cogitari non posse supra demonstravimus <sup>1)</sup>, nequaquam tamen omnes cives, etsi armorum non imperiti omnesque postulante re ad defendendam patriam parati, pari etiam studio in bellis gerendis occupari solebant. Nam quum jam illo tempore in plerisque bellis exercitus videantur gravis armaturae fuisse <sup>2)</sup>, pauperiores cives, quicumque non, ut principum clientes, ab illis armabantur, jam tum ut Solonis aetate proletarii Attici sive *ᾠῆτες*, propter armaturae inopiam non poterant plurimorum bellorum participes esse. Sed locupletum quoque ii soli, qui bellicosioris erant ingenii, principes in plerisque bellis et expeditionibus videntur comitari consuevisse.

Quae quum heroica aetate fieri solerent, apud Atticos Melanthi Codrique temporis proprium quendam ordinem, cui belli munera deferrentur, desiderari coepisse, non potest mirum esse. Nam propter nimium quidem, qui tum erat, incolarum numerum iis, qui, vel agricolae, vel opifices, res ad tantae multitudinis victum cultumque necessarias quotidie parabant, nisi jam propter paupertatem militari non possent, non licuit quotidianis suis negotiis belli causa vacare; attamen pericula a bellicosis finitimis perpetuo tunc imminentia desiderabant copias omni tempore ad bellum paratas. Ejusmodi vero perpetui exercitus elementa quaedam facile tum et in indigenis heroibus aut bellicosae stirpis hominibus inventa sunt et in multis illis adventiciis nobilibus, qui novae patriae finibus contra communem hostem defensis optime Atheniensibus receptionis gratiam redderent.

<sup>1)</sup> cap. III. —

<sup>2)</sup> Cf. Hom. Jl. β. 457. 526. 587. 720. 818. 848; δ. 252. 281 — 282. 432. 448.; π. 212 sqq. —

Quae res quam expediant, quo pacto Athenis illa aetate, id quod de nulla alia Graeca civitate nec memoratum est nec cogitari posset, ordo militum a reliquis civibus sejungi potuerit, nequaquam tamen hunc ordinem separata domicilia habuisse victumque eī a ceteris civibus, sicut in Aegypto, praebere esse solitum putandum est. Nam primum, quae indigenae Atticae familiae ad ordinem pertinebant, e magnorum agrorum possessoribus haud dubie fuerunt, neque ab ipsis agricolis ulla alia re differebant, quam quod agros suos non ipsi colebant, sed aut servis aut liberis colonis colendos committebant. Aegialensibus autem ceterisque peregrinis familiis ab eadem republica, a qua in civium numerum erant asciti, agros quoque singulos assignatos esse verisimile est, quae in re heroicis familias, quaeque ceterae, nobiles praesertim, ordini militum adscriptae sunt, majoribus modo agrorum portionibus attributis distinctos esse crediderim <sup>1)</sup>. Ita factum est, ut ista sejunctio militum ab iis, qui

---

<sup>1)</sup> De ista Aegialensium receptione quam accuratius nihil proditum sit, opinari fortasse licet, in tetrapoli Attica sedes illis assignatas esse. Quod, si prebetur, causa possit fabulae a Strabone servatae haberi, qua Xuthus in tetrapoli domicilium collocasse memoratur (cf. supra cap. I). Etiam si enim universus populus Atticus eo tempore Ionico nomine usus est, tamen Aegialensibus Ionibus, quippe quorum receptio Ionis nominis apud Atticos renovandi causa fuisset, hoc nomen magis proprie et majore jure quam ipsis Atticis convenire, memoria quaedam videtur in horum animis haesisse. Quaresi revera illi Aegialenses in tetrapoli collocati erant, hujus facti memoria, aliquot annis interjectis, ista fabula, quae Ionis patrem ibi habitasse narraret, optime potuit exprimi. Cfer. Platner. l. c. p. 46: „Man scheint auf Jon und seine Genossen, die Data und Folgen der spätern ionischen Ansiedelung in „Attika übertragen zu haben.“ — Ceterum quaeretur fortasse, unde agri novis illis civibus assignandi sumti videantur? Et revera quidem hoc non facile enodandum est. Possunt tamen abolitarum, quae singularum duodecim urbium fuerant, curia-

pacis negotiis occupati erant, postea, mutata reipublicae conditione, obliteraretur.

Nam postquam agris diligentius cultis novisque quaestus faciendi rationibus inventis multi cives opulentiores rediti, opera, quae ipsi facere consueverant, servis, qui paucissimi antea fuerant <sup>1)</sup>, committere, ipsi vero otiosius vivere coeperunt, simulque iis qui ex ordine militum erant, quum pacatiora tempora incidissent, saepius jam militia vacantibus, denique Solonis aetate omnibus civibus, quicumque certo quodam censu erant, patriae, si bello peteretur, defendendae et jus et officium delatum est. Omnino vero Melanthi et Codri aetate omnem istam civium distinctionem secundum singulorum negotia multo magis, quam Clisthenis Pericliaeque aetatibus conspicuam fuisse probabile est. His enim temporibus quam — exceptis solis fere proletariis — omnes cives non tam ipsi suis manibus agriculturam aliaque negotia exercerent, quam a servis exercenda curarent, et plerique Athenis, publicis maxime rebus occupati, liberalem vitam degerent, diversitatem agricularum, epificum, pastorum minus inter cives conspici necesse fuit. Illa autem Melanthi et Codri aetate quam longe plerique certe cives, nisi qui ex militum ordine essent, negotia, quibus victum sibi quisque pararet, etsi nonnulli a servis adjuti, ipsi suis manibus exercuisse videantur, non modo ipsa negotiorum diversitas per se magis manifesta erat, sed etiam, quo magis nova erat et insolita, eo insignior necessario videbatur, digniorque, quae sollemnis civium partitionis haberetur norma et regula.

---

rum gentiumque (cf. p. 73.) bona ejusmodi distributionis faciendae copiam praebuisse. —

<sup>1)</sup> Cfer. Herod. VI. 137: — φοιτᾶν γὰρ αἰεὶ τὰς σφετέρους (scil. τῶν Ἀθηναίων) θυματέρας ἐπ' ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐρνεάκροννον· οὐ γὰρ εἶναι τοῦτον τὸν χρόνον σφῆσι καὶ οὐδὲ τοῖσι ἄλλοισι Ἑλλήσι οἰκέτας. —



Ista igitur quatuor vivendi genera, quae Melanthes aetate in Attica esse potuisse invenimus, ut quatuor tribubus subsuisse credamus, singula singulis tribuum nominibus respondere haud dubie oportet. De qua re si videmus, primum vocabulum *Ὀπλιτες* illum militum ordinem significare potuisse apertum est; neque quod ejus tribus, quam pastores comprehendisse oportet, vocabulum *Αἰγικορεῖς* per se quidem solos caprarios significare videtur, quidquam difficultatis habet. Etiam si enim inter istorum pastorum pecudes praeter capras etiam oves fuerint, tamen illas maximam earum partem effecisse veri non absimile est; et qua ratione Homerus omnia pecudum genera nomine unius speciei *μῆλα*, id est oves vocari solet, eadem ratione, qui fortasse ovium pastores in Attica erant, una cum caprariis potuerunt illo nomine comprehendi <sup>1)</sup>. Quorum nominum quum nostrum videatur aliam interpretationem permittere <sup>2)</sup>, tertium quoque *Ἀργάδες*, siquidem, id quod nihil impedit, Plutarcho auctore ab *ἐργάζεσθαι* repetitur, tertio ordini opificum optime videtur convenire. Jam igitur quod solum restat vocabulum *Γελοίοντες*, siquidem quatuor illa hominum genera quatuor tribubus subsuisse recte divinavimus, potissimo omnium ordini, agricolis, respondisse necesse est. Sed non facile cum eo ordine videtur illud nomen conciliari posse. Quod enim plerique illud ab obsoleto verbo *γελεῖν*, quod Hesychio teste <sup>3)</sup> splendere valet, repetentes, illustres significare existimant, hoc non agricolis, sed — si sacerdotum ordinis merum commentum omittimus — nulli nisi no-

<sup>1)</sup> Mira est Droysenii opinio de nomine *Αἰγικορεῖς*, quod contumeliae causa cuidam populi Attici parti inditum esse ei videtur. Vid. Droysen. in Schmidt. anal. histor. L. c. —

<sup>2)</sup> Euripideam enim nominis *Αἰγικορεῖς* interpretationem (Eur. Jon. v. 1600: — — *ἐμῆς τ' ἀπ' αἰγίδος ἐν φῶλον ἔξουσ' Αἰγικορῆς*.) qui comprobet, hodie, si omittimus Matthiaeum, vix quisquam invenietur. —

<sup>3)</sup> Hesych. s. v. *Γελεῖν*. *λάμπειν*, *ἀνθεῖν*. —

missum tribui conveniret. Hanc tamen effecisse Geleontes nullo pacto possunt. Primum enim, id quod jam supra attingimus, quia singularum tribuum *φυλοβασιλείς* nobiles esse oportuit, in quaque tribu nobiles fuisse constat. Maximam vero nobilium partem haud dubie Hopletum tribus, quamquam ne in ea quidem ignobiles defuisse videntur, complexa est. Quare quum agricolae quoque nullo pacto possint neque alius cujusquam tribus quasi accessio fuisse <sup>1)</sup> neque plane in tribuum numero defuisse, Geleontum tribum eos comprehendisse omni ratione tuendum est. Hoc jam apud veteres a quibusdam intellectum esse ex Plutarcho apparet. Qui tamen quod non *Γελέοντες* sed *Γεδέοντες* legebant, suum potius arbitrium videntur quam vetustam memoriam secuti esse. <sup>2)</sup> Quod vero jam illi primitivum vocabulum *γέα* sive *γη* in nomine inesse divinaverant, hoc idem Boeckhius obtinere conatus, ut Geleontes possent agricolarum tribus haberi, eorum nomen ex *γη* et *λαός* compositum esse conjecit. <sup>3)</sup> Sed quum duo posteriores illius nominis syllabae in participii modum cadant, illud ab aliquo verbo necessario repetendum esse sequitur. Forsitan vero simul hoc agnosci, simul *γη* elementum nominis obtineri possit. Detracta enim, quae istud

<sup>1)</sup> Schömannus de comit. l. c. liberos agricolas una cum pastoribus tribu Aegicorensium, colonos cum opificibus tribu Argadensium comprehensos fuisse censet. Cf. tamen supra *proem.* —

<sup>2)</sup> Eos, a quibus Plutarchus (vit. Sol. c. 23) sua accepit, nomen *Γεδέοντες* a findendo solo (*„παρά τὸ γῆν δαίειν“*) derivatum censuisse, recto, ut videtur, Ad. Coraës in editione Plutarchi opinatur. —

<sup>3)</sup> Prooem. ind. lectt. ac. Berol. sem. aest. 1812. in Seebohdii Neues Archiv f. Philol. u. Pädag. 1818. fasc. III. p. 54. —

elementum contineret, prima nempe syllaba <sup>1)</sup> quod reliqueretur *ΛΕΩ*, etsi usitatum verbum non fuit, tamen potest ad aliud quoddam primitivum verbum *ΛΑΩ* referri, a quo permulta vocabula derivata sunt. Ab hoc enim Passovio <sup>2)</sup> praeter Doricum *λεω* (velo) haec quoque videntur ducta esse: *λαβεῖν*, *λαμβάνω*, *λάζομαι*, *λάμος*, *λαμύς*, *λαίμαργος*, *λαμρός*, *λαῖμμα*, *λαμία*, *λαρός*, *λαρυγξ*, *λαυκανία*, *λάπτω*, *λαπάξα*, *λαρύσσω*, *λάφυρον*, *λάτρεις*, *λατρεύω*, *λαγών*, *λαγαρός*, *λαπάρα*, *λαύρα*, denique *ΛΑΥΩ* et *ἀπολαύω*. In his omnibus, quibus nonnulla etiam adjici poterant, primitiva illius radice notio volendi, sumendi, capiendi, cernitur. Haec eadem vero notio, etsi leviter immutata, in compluribus verbis invenitur, quorum radix non *ΛΑΩ*, sed potius *ΛΕΩ* videtur fuisse: imprimis *λεία* (praeda) et *λήϊον* (arvum sive fundus) ad istam et radicem et notionem revocanda videntur; et in his quidem vocabulis radix *ΛΕ* non simpliciter „sumendi“ notionem, sed „pro singulorum portionibus sumendi“ videtur habere. Etenim *λεία* eam praedam significat, quae singulis militibus dividitur, *λήϊον* autem eas potissimum terrae partes, quae singulorum civium sunt. <sup>3)</sup> Quae quum ita sint, licet opinari, *Γελιόντες*, ex *γη* et *ΛΕΩ* compositum, esse, qui singulos agros Atticae, suam quisque partem colendos sumsissent sive accepissent, significasse. Nam *γη* aliis quoque locis culta potissimum terra sive ager dicitur. Geleontibus igitur ii videntur adnumerati esse, quicumque

<sup>1)</sup> Quoniam secundum Graecae linguae leges non licet substantivum cum verbo in verbi formam componere, adjectivum quoddam, quale *ΓΕ* — *ΛΗΣ*, a quo proximo videtur *Γελιόντες* derivatum, interfuisse putandum est. —

<sup>2)</sup> Handwörterbuch etc. s. v. *ΛΑΩ*. —

<sup>3)</sup> Itaque *πολυλήϊος* is est, cui multae agrorum portiones contigerunt. Hom. II. ε. 613. — Cfer. H. Stephani thesaur. ling. Gr. tom. V. p. 5694. sqq. ed. Lond. s. v. *λεία*, *ληϊον*. —

agrorum possessores neque milites erant nequa, praeter agrorum culturam aliquam artem exercentes, Argadensium tribui erant adscripti. Qui, etsi nomen eorum ab ἀργαδικῶν repetitur <sup>1)</sup>, non tamen ut epiciques Gelaentibus ut agricolis sunt comparandi, sed quia illi agrorum non tam cultores, quam possessores fuerint, Argadensium tribu, quicumque sola suarum manuum opera quocumque facerent, omnes comprehensos esse probabile est. Ex Argadensium tribu igitur non ii soli fuerunt, qui aut artes varias exercebant, aut mercaturas faciebant, sed etiam coloni, aut πλάτες aut ὄφρες dicti, qui jam tam videntur in Attica fuisse. Et hos quidem jam tum non ita paucos fuisse putaverim. Nam id, quod jam e Pollucis aliorumque locis <sup>2)</sup>, quibus trecentae sexaginta Attici populi gentes e tricenis familiis singulae constabant memorantur, colligi poterat, hoc Hesychius

<sup>1)</sup> Argadensium nomen tribus diversis modis scriptum reperitur: apud Plutarchum et Pollucem Ἀργάδες, tamquam a singulari Ἀργάδης, Ἀργάδους, apud Stephanum Byzantium (s. v. Αἰγιόρεως) Ἀργαδείς et apud Euripidem Ἀργαδῆς, quasi a singulari Ἀργαδέης, eius ductum sicut Herodotus denique, quod in enumerandis quatuor tribuum patris genitivo Ἀργαδέω utitur, ipsius tribus nomen Ἀργάδαι quasi a singulari Ἀργάδης, Ἀργάδου derivatum videtur indicare. Huic tamen veteres inscriptiones repugnant. Neque tamen Ἀργαδείς sive Ἀργαδῆς verum tribus nomen putaverim, quod si fuisset, Herodotum ejus quoque tribus, aequae atque Aegicorensium, patronum non Ἀργάδης sed Ἀργαδέυς puto appellaturum fuisse. Quare equidem verisimillimum censeo, illius nominis, ab ἀργαδικῶν eadem fere ratione, qua πλήρης a ΠΛΕΩ, ducti, singularem numerum fuisse Ἀργάδης, pluralem Ἀργάδες. Cfr. Boeckh. ad c. inscript. vol. II. p. 931. —

<sup>2)</sup> Poll. VIII. 111: ἐκάστου δὲ ἑθνους γένη τριακόντα ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες. — schol. Plat. Axioch. p. 465: — τὸ δὲ γένος ἐκ τριακόντα ἕκαστον ἀνδρῶν συνιστάται. — Si enim omnium liberorum paria fuissent haereditaria jura, non potuissent singularum gentium familiae certo isto numero definiri. —

diserte etiam confirmat<sup>1)</sup>: secundum Iovicam tribuum descriptionem non, ut post Solonem, omnes liberos patris defuncto pari haereditarie jure fractos esse, sed singulos modo ex filiis et patrimonii et loci, quem pater in gente sua obtinisset, haeredes fieri solitos esse, quam ceteri liberi, ἀγροίκους dicti, extra gentes et fortasse etiam extra ipsam civitatem manserent. Iste vero mos nequaquam potest ab iis, qui illam tribuum, phratriarum gentiamque descriptionem instituerunt, modo inventus esse: qui si ea ratione natus esset, nullo alio consilio posset institutus esse, nisi ut et iis civibus, qui gentibus continerentur, satis magna patrimonium in perpetuum singulis servarentur, neve ipse numerus civium nimis augetur. Nec vero alia instituta in Attica viguisse accepimus, sine quibus illa consilia haud dubie plane fuissent irrita. Nam neque liberorum precandorum facultatem, ut Spartae fuit<sup>2)</sup>, ita Athenis quoque intra legitimos quosdam terminos cohibitam fuisse accepimus<sup>3)</sup>; et bona civium alienari etiam ante Solonem licuisse constat<sup>4)</sup>. Apparet igitur non post quatuor tribuum demum

1) Hesych. s. v. Ἐξο τριακίδας. οἱ μὴ μεταλαμβάνοντες παῖδες ἢ ἡλικιωσὶς ἀλλήρον ἑλευσθησὶν τῶν κεινῶν ἀδελφῶν ἐκαλεῖτο (ἐκαλοῦντο). — id. s. v. Ἀγροίκους. οἱ μὴ μεταλαμβάνοντες τριακίδας Ἀθηναῖοι. — Cfer. Droysen. l. c. qui primus, quantum ego scio, ex eo Hesychii loco et e finito in singulis gentibus familiarum numero quae colligenda sunt, collegit. —

2) Cf. C. Fr. Hermann. Staatsalterth. §. 47. 2. —

3) Aristot. polit. II. 3. 6. et 7. II. 4. 4. —

4) Plut vit. Sol. c. 13 Ἄπας μὲν γὰρ ἐ δῆμος ἦν ἐπόχρεας τῶν πλουσίων. ἦ γὰρ ἰγεώφρον ἐκείνοις ἐκτα τῶν γινομένων τελούντες, ἐκτημόριοι προσεγορευόμενοι καὶ θῆτες, ἦ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασι κ. τ. λ. — Cf. ipsum Solonem in jambis εἰς τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν ap. Bach. p. 104:

— — Γῆ μέλαινα, τῆς ἐγὼ ποτε  
 ὄρουσ ἀνεῖλον πολλαχῆ πεπηγότας,  
 πρόσθεν δὲ δουλεύουσα, νῦν ἐλευθέρα.  
 ap. Plut. c. 15. —

descriptionem, sed, ex antiquissima Attica, non, legem, illam  
velisset, que singuli modo, et sine dubio maximam quique,  
filii patrimoniarum, haereditas habent.

Quae quomodo sita fuissent, magnum proletarium numerum  
usque ad descriptionis illius aetatem, natum fuisse necesse  
est, quibus status manuum opera esset victus, quaerendus;  
ex qua, huiusmodi turba non colonorum modo et mercenarie-  
rum genera sed etiam artificum, opificumque maxime par-  
esti videntur. Multo enim rariora quam illius modi homi-  
nes pato agrorum possessores se ad artium studium trans-  
tulisse, quamquam neque hos, neque adventitios nonnullos  
artifices in Argadensium tribu prorsus defuisse verisimile  
est. Tam multos igitur homines, qui nec gentium, nec ci-  
vilitatis participes ad id tempus fuissent, quam quatuor tri-  
bus instituerentur, in tribus Argadensium receptos esse,  
rationi non videtur repugnare, si Clisthenem quoque postea  
inequissimum et etiam servum in civitatem recepisse et in no-  
vas tribus a se descriptas dispartivisse meminimus <sup>1)</sup>.  
Nam priore illa civitatis Atticae descriptione, multa magis  
etiam, quam ea, quae a Clisthene instituta est, universae  
reipublicae forma prorsus immutata, immo vero, etiam paene  
nova, respublica erat condita. Neque quum non modo sparsae  
sed quaedam peregrinae familiae, sed etiam integer paene  
Aegialensium populus in civitatem Atticam recepti essent, illi  
homines, qui, etsi patrimonium non haberent, indigenae tamen  
erant Attici, a novis tribubus, phratriis, gentibus, prorsus  
excludi poterant. Illud solum potest ambiguum videri,  
num etiam in ipsa Argadensium tribu, siquidem eam puta-  
mus ex illiusmodi exhaeredibus maxime hominibus, qui an-  
tea ἀρτιάχαστοι fuissent, compositam esse, vetusta illa hae-  
reditaria lex permanserit. Haec enim tantummodo in fun-

<sup>1)</sup> Aristot. polit. III. 1. 10. —

terum possessores videtur quatuor: nam neque moventium rerum patrimonii, quae plerique de Argadensium tribu habuisse videntur, integra singula singulis haereditibus reliqua debuisse, probabile est, nec, quam ab aliquo pauperimo ex ea tribu mercenario dabois tunc superstitibus nihil omnino patrimonii relicta esset, excluso altero alterum patris genti adscribi solitam esse. Quamobrem legum illam, quam Mosyoli loci indicant, exceptis Argadensibus in ceteris modo tribus valuisse, aliquis opinari poterit. Sed de ea re neque omnino facile decernendum, nec hoc loco abstrus disputandum videtur.

Ceterum quoniam non modo singularum gentium finibus, sed etiam singularum curiarum gentes certo et aequo numero a principio definitas fuisse e disertis veterum testimoniis constat, partitionem Atticorum civium in singulas tribus, curias, gentes, quamquam omnino secundam negotiorum diversitatem factam, non tamen prorsus sine libero quodam describentium arbitrio institui potuisse apparet; ipsaque ea hominum genera, quae tribubus subisterat, ea erant natura, quae liberiori isti distribuendorum hominum rationi quam maxime indulgeret. Nam primum nullam urbem nondum sejunctas erat, sed e belliciosorum et opulentiorum nobiliumve civium defectu modis constitutus; inter ceteros autem tres ordines mixta quaedam vivendi genera haud dubie intererant, quae prout adhiberentur aut excluderentur singulis tribubus, quaeque tribus in definitum et aequalem familiarum numerum redigi potuit 1).

Illud quoque examinandum est, num quatuor tribuum

---

1) Ita, ut exemplo utar, quia vix puto his mille septingentas familias sola pecuaria exercenda victum sibi parasse, Aegicorensium tribui aliquot familias, quae praeter pecudum curam etiam parvos agros colerent, adscriptas esse existimaverim. —

descriptio, cuius negotiorum diversitate nix apparet, praeterea etiam cum Atticae terrae regionibus congruisse videatur. Hoc enim, et Buttmannus <sup>1)</sup> probare conatus est, neque (C) Fr. Hermannus <sup>2)</sup> videtur plane improbare. Sed ipsa rei natura mihi videtur isti opinioni quam maxime repugnare. Nam quum per totam Atticam multos nec magnos campos cum montibus permixtos esse sciamus, paucorum pastores non in ea sola regione, quae demum vocata est, sed in ceterarum quoque partium montibus, in Pentelico et in Paronate aequa atque in Hymetto fuisse verisimile est. Neque minus, agros praecipuos et mercenarios agricolas ubique in Attica habitasse, apertum est, immo etiam ipsi opifices praeter Athenas videntur in aliis quoque Atticae oppidiis passim habitasse. Salva militum in pace in ipsa urbe habitasse concipiam, quamquam etiam horum agri saltem et fundi haud dubie per omnes Atticae regiones sparsi erant. <sup>3)</sup>

Multo minus vero, quam singulis tribubus diversa negotia subfuisse appareat, eas tribus castis Aegyptiorum et Indorum in omnibus similes fuisse, debet probatum videri. Nam praeter ea mementa, quae in utroque institute aequo interveniunt, aliud quoddam, ad castas efficiendas plane necessarium, in quatuor tribubus desideratur. Atticorum enim civium liberi ut patris quisque negotium excercerent, nulla saltem lege videntur adstricti fuisse. Nam quoniam eiusmodi legis apud ceteros Graecos nullum omnino vestigium

1) In mythologi vol. II. p. 321 sqq. —

2) l. c. §. 97. 9. —

3) Trittyesne et naucrariae, quas singularum tribuum partes — posteriore saltem tempore — fuisse constat, regionum ratione descriptae sint, alio loco disquirendum erit. —



reperitur, ut eam in Attica secundum tribuum descriptionem vixisse putarem, firmissimis certissimisque argumentis opus esset. Quae nequaquam possunt jam in ea re inveniri, quod singulae civium familiae in eadem quaeque tribu, cui patres propter singulorum negotia adscripti erant, tanquam haereditario jure in perpetuum permanere obligati erant. Hoc enim intelligitur etiam e libera omnium Graecorum consuetudine, qua liberi ut virtutes atque vitia corporis mentisque, ita etiam negotia a patribus tanquam haereditate accipere solebant. Lege tamen ea consuetudo non magis videtur illo tempore firmata esse, quam postea secundam alteram tribuum descriptionem a Clisthene institutam quisquam agros et domicilium in eodem usque pago habere lege cogebatur, cui familia ejus, quia descriptionis tempore ibi habitaverat, a Clisthene in perpetuum erat adscripta<sup>1)</sup>. Quamobrem haud raro accidisse necesse est, ut nonnulli a veteri illa, sed tamen libera, consuetudine recedentes, neglecto eo negotio, quod singulorum familiae et tribus habebant propriam, ad aliud se converterent, neq̄ tamen e gente et tribu, in quibus nati erant, ob eam causam recederent. Ita multi pecudum possessores e tribu Aegicorensium, ubi auctus Atticae incolarum numerus majorem jam alimentorum, frumenti praesertim, copiam desiderare coepit, ad pascua sua aranda videntur se convertisse. Paulo rarius evenisse existimo, ut aut agricolae pastoresve ad aliquam artem se converterent, aut aliquis ex Argadeis, relicta sua arte, agrum colere inciperet, aut locupletiores omnium tribuum homines militum tribui adscriberentur. Hae vero omnes negotiorum permutationes universi instituti ordinem non valde videntur perturbasse; id quod futurum certe fuisset, si ipsa eorum negotiorum, a quibus singulae tribus nomina acceperant,

1) C. Fr. Hermann. Staatsalterth. §. 111. 14. —

exercitatio, sicuti medio aetate eorum collegiorum quae; ex opificibus et artificibus composita, apud Germanos Zünfte sive Gilden audiebant, ita illarum quoque Atticarum tribuum praecipuus finis fuisset. Videntur autem illae tribus, phratris, gentes aeque atque eae tribus quae postea Clisthenes descripsit, nullo alio consilio publice constitutae et descriptae fuisse, nisi ut membra quasi essent universae civitatis, quae, quoties opus esset, secundum earum ordinem se congregaret et per eas, quidquid ipsa decrevisset, exsequeretur, praesertim vero, ne quis fraude ad civitatis jus perveniret, illis curandum demandaret <sup>1)</sup>. Singulorum autem illorum corporum officia videntur praeterea peculiarium sacerdotum, ulionumque et piaculorum cura definita fuisse <sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> Cf. C. Fr. Hermann l. c. §. 100. —

<sup>2)</sup> Platona. Beiträge, p. 103 sqq. Hermann. l. c. §. 99. 8 sqq. — Cui non repugnat, quod paucae quaedam gentes, quarum singularium familiae communi cujusdam artis sive officii exercitationi deditae fuerint, reperiuntur. Neque enim quod Eunidarum itemque Cerycum commune erat, totius vitae negotium, sed unum modo parvumque munus sacrum fuit (cf. C. Fr. Hermann. Lehrb. der gottesdienstl. Alterthümer d. Griechen. §. 55. 25.) Daedaliae quoque ad fingendi artem exercendam vetusta quidem gentis suae fama adducti, vix tamen videntur coacti fuisse (Plat. Alcib. I. p. 121. A.) Sola fere Eunidarum gens est, quam publico officio, quod, ut praestaretur, certum totius vitae negotium desideraret, obligatam fuisse accepimus (Harpocr. s. v. *Εὐνεΐδαι*. *Ἀστιάς ἐν τῷ κατὰ Τελαμώνος, εἰ γνήσιος γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίους οὕτω ὀνομαζόμενον Εὐνεΐδαι. ἦσαν δὲ κινθαρῶδοι, πρὸς τὰς ἱερουργίας παρέχοντες κτλ. χρειαί*). Has igitur gentes, quae ab eujus artis exercendae causa constitutae videntur, tamquam privatae civium societates, collegiis opificum medii aevi simillimas, a trecentis sexaginta gentibus publice descriptis plane diversas fuisse, haud inepte fortasse aliquis opinatur. Sed possunt ejusmodi societates et collegia jam ante Melanthis aetatem in Attica passim existisse, quum autem publica illa civitatis descriptio institueretur, in legitimum triginta familiarum numerum redacta et inter trecentas sexaginta gentes publice recepta esse. Inter has nonnullae gentes ha-

Solis Hopletum tribus paulo aliam conditionem fuisse oportet. Quae quum non a privato quodam negotio, sed a munere publico nomen et originem repeteret, eorum, qui principia illi adscripti erant, etiam liberi, quum in eadem tribu permanerent, militando quoque in perpetuum haud dubie erant obligati. Quamquam pacis tempore hopletibus quoque, quocumque volebant, agere certe licebat. Quare quoque rursus post migrationum aetatem bella eveniebant, eo magis, quam postea, periculo imminente, universi cives ad patriam defendendam arma caperent, Hopletes a ceteris civibus discerni desinebant, donec a Solone postremum omnes cives exceptis pauperrimis, ad militandum lege adstringerentur. Ita factum est, ut quum duo eorum vivendi generum, quae quatuor tribubus subfuerant, pastores et milites, cum reliquis paulatim confusi essent, duo modo genera agriceiarum et opificum relinquerentur, quae una cum Eupatridis solent Theseiorum ordinum nomine enumerari. De his igitur tribus Theseis ordinibus, a quibus dubitationes de nostra opinione repeli possint, ne haec parum firmata videntur, paucis jam disserendum est.

De eorum ordinum natura et origine primum quid veteres fabulae memorent, videndam est. Et his quidem illa partitio, quum Theseum ejus auctorem prodant, a quatuor tribuum descriptione plane aliena fuisse visa est 1). Longe

---

beri possunt, quarum nomina, certa quaedam negotia indicantia, e nonnullorum pagorum nominibus Boeckhii (in Schobdii Neues Archiv. f. Phil. u. Päd. 1826 fasc. III. p. 57) erant. —

1) Plut. Thes. c. 24: (Θησεύς) πρῶτος ἀποκρίνας χάρις Εὐπατρίδας καὶ Γεωμόρους καὶ Ἀγμουργούς, Εὐπατρίδας μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα καὶ παρέχειν ἀρχοντας ἀποδοὺς καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς, τοῖς ἄλλοις πολίταις ὡσπερ εἰς ἕσον κατέστησε, δόξην μὲν Εὐπατρίδων, χάρις δὲ Γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν Ἀγμουργῶν ὑπερεῖχεν δοκούντων. —

totam civitatem esse: memoria quaedam, quibus Pollux, ex Aristotele: σὺν δόξαι: hanciam, nobis servavit: VIII. 111. ὁμομήτορες τέτταρες ἦσαν αἱ φυλαὶ, αἷς τρεῖς μέρη ἐπέσθη δὴν μέρη, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριτὺς καὶ ἔθνος καὶ φρατρία. ἐπίσταν δὲ ἔθνος ἢ γένη — — — — — τρία ἔθνη καὶ ἔθνη πάλαι, ἐπιπείδαι; γεμιάροθ, δημιουργοὶ δὲ

Quae si vera essent, Eupatridae, Demurgi, Gecpori, singulorum tribuum ternae partes, ternis carnalium phratriis congregate; fuissent, ita ut omnes tribuum singulas habuissent Eupatridarum, singulas agriculturalium; singulas artificum phratrias. Idemque ista Pollucis locus lexicographorum, quoque quibusdam locis videtur confirmari, qui et ipsi ἔθνη, quamquam non dicunt eadem atque illos tres ordines fuisse dicunt; partes tamen singularium tribuum fuisse memorant. Attamen istae auctoritates tantopere inter se ipsas pugnant, ut vix sustineri possint. Primum enim Pollux, ista τριτὺς φρατρία, ἔθνος varia modo eandem partium nomina fuisse notat; tamen, quum praeter phratriarches, qui aliunde notae sunt <sup>2)</sup>, etiam trittyarchos fuisse dicit <sup>3)</sup> ipse videtur, tria ista vocabula diversarum rerum diversae nomina fuisse indicare. Suidas quoque l. c. ἔθνη et τριτὺς et φρατρία

1) Harpocr. s. v. γενῆται: οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινονοῦντες. διαφορῶμενων γὰρ ἀπάντων τῶν πολιτῶν κατὰ μέρος τὰ μὲν πρῶτα καὶ μάλιστα μέρη ἐκαλοῦντο φυλαί. ἐκάστη δὲ φυλῆ, τριχῆ δὴρητο καὶ ἐκαλεῖτο ἕκαστον μέρος τοῦτων τριτὺς καὶ ἔθνος καὶ φρατρία. πάλιν δὲ τῶν φρατριῶν κ. τ. λ. — Suid. pag. 3841. D.: Φράτορες καὶ φρατρίαὶ καὶ φρατρίαρχος. φρατρία ἐστὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς. ὃ οὖν ταύτου τοῦ μέρους ἡγούμενος φρατρίαρχος ἐκαλεῖτο — — — Φασὶ δὲ τὸ αὐτὸ ἔθνος εἶναι ἢ τριτὺν ἢ τοὶ φρατρίαν ἢ φρατρίαν.

2) Cf. Harpocr. s. v. φράτορες; Suid. l. c. —

3) Poll. VIII. 109: τῆς τριτὺς μέντοι ὁ ἀρχὸν τριττῶν αρχος ἐκαλεῖτο. Eiusdem muneris etiam Etymol. M. p. 768. 13; s. v. τριττῖς et Plat. rep. V. p. 475. mentionem faciunt.

plane easdem populū partes fuisse, non ipse affirmat, sed quorundam duntaxat sententiam fuisse membraat<sup>1)</sup>; alios denique lexicorum locos ita debet interpretari, ut ἔθνη, γερ. τῶας, φρατρίας nequaquam videantur ut eorundem partium nomina prodidisse. Quod equam Harpocration s. v. τριτῶς<sup>2)</sup> et Photius iisdem serē verbis ex Aristotele, ut dicunt, afferunt, hoc, quia inter tria illa nomina non ἔ, quod debeat, si varia ejusdem rei vocabula significanda fuissent, sed καὶ interjectum sit, ita potissimum latine exprimendum est: „haec enim (scil. tribus) triplici ratione divisa est, in τριτῶς, in ἔθνη et in φρατρίας“; et germanice „Dieser zerfällt in dreierlei Unterabtheilungen, nämlich in τριτῶς, in ἔθνη und in φρατρίας.“ Quare receptionum quoque, quicumque Thesios illos ordines legitimas partes quatuor tribuum fuisse comprobant, alii eos cum phratriis plane congruente, alii diversam ab his partitionem tribuum spicere existimaverunt.<sup>3)</sup> Quae res utrumque fuisse putatur, utique illi ordines, quorum duo duarum e quatuor tribubus nominibus aperte indicantur, cujusque earundem tribuum partes legitimas, imo etiam in certum hominum numerum redactas

<sup>1)</sup> Φασὶ δὲ x. τ. λ. vid. supra. —

<sup>2)</sup> Τριτῶς ἐστὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς πόλεως. ἀπὴν γὰρ διήρηται εἰς τρία μέρη, τρίτην (vel potius τρίτῶς) καὶ ἔθνη καὶ φρατρίας, ὡς φησὶν Αἰσχροτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτεία. Cf. Phot. s. v. τρίτῶς et Etymol. M. p. 768. 13. s. eod. verbo. —

<sup>3)</sup> Cfer. C. Fr. Hermann. Staatsalterth. §. 98. 7—9. — Posteriorē sententiam praeter alios Wachsmuthius, priorē Schömannus defendit, qui tamen (de comit. p. 359.) quatuor tribuum singulas non statim a principio, sed demum quum, prisca eorum vi labefacta, ea lex, qua quemque civem non modo tribum, sed etiam negotium patris sequi obstrictum fuisse putat, negligi et mutuis diversorum tribulium connubiis turbari coepisset, in illos tres ordines cum phratriis congruos divisos esse censet. —

fuisse, nullo pacto cogitari potest. 2) Hoc absurdum autem ab Aristotele revera proditum esse, eo minus credere licet, quum alia quoque longe diversa de eadem re ex ejusdem operibus hausta feruntur. Nam primum quidam loci Suidae, quos Aristotelis auctoritate nulli verisimile saltem videtur, singularium tribuum partes *τριτῶν* et *φρατρῶν* fuisse memorant, ἔθνη silentio praetermittunt 2); eademque hac ratione Schollon ad Platonis Axiochum 3) tribuum descriptionem

1) Ne ii quidem istam absurditatem effugiunt, qui, ut Schömannus, quatuor tribus immutata decum prisca vi in illos ordines divisas putant. Nam etsi illas tribus nonnullis saeculis postquam institutae sunt, non jam plane cum divitiis illis vitarum generibus, secundum quae descriptae erant, congruisse, supra concessimus, tamen qua tandem ratione factum putemus, ut in hopletum, exempli causa, tribu plane idem hippilium, idem agricolarum, idem opificum numerus postea reperiretur?

2) Suid. 807. A. s. v. Γενῆται οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνοῦντες. Καὶ γὰρ διηρηγὸ κατὰ μέρη οἱ τῶν Ἀθηναίων πόλιται. καὶ τὰ μὲν μέγιστα μέρη φυλαὶ ὀνομάζονται. Ἐκαστὴ δὲ φυλὴ πάλιν εἰς τετρα διαιρεῖται. ὅν ἑκαστην μέρος τριτῶν καὶ φρατρία ὀνομάζεται. Cf. p. 3762. B. s. v. Φρατρία. —

3) Schol. Plat. Axioch. p. 465: Ἀποκοιλιῆς φησὶ τοῦ ἑλίου πλήθους διηρημένου Ἀθήνησιν εἰς τὰ τοὺς γεωργούς καὶ τοὺς ῥημμαρχοὺς φυλὰς αὐτῶν εἶναι τέσσαρας, τῶν δὲ φυλῶν ἑκάστης μοίρας εἶναι τρεῖς, ἃς τριτῶν τε καλοῦσι καὶ φρατρῶν, ἑκάστης δὲ τούτων τριάκοντα εἶναι γένη, τὸ δὲ γένος ἐστὶ τετράκοντα ἑκαστῶν ἀνδρῶν συνίσταται. Temeraria est Boeckhii (corp. inscr. l. c.) de eo loco conjectura, qui, Schömannum secutus, causam et rationem quatuor tribuum descriptionis illis absolutis genitivis (τοῦ ὅλου πλήθους διηρημένον Ἀθήνησιν εἰς τὰ τοὺς γεωργούς καὶ τοὺς ῥημμαρχοὺς) indicavit, post δημιουργούς etiam στρατιώτας et νομείς, quae scribentis negligentia ommissa sint, legenda existimat. Illi autem genitivi non causae, sed temporis ratione intelligendi sunt, universique loci videtur haec sententia esse: „Atheniensium „ante Clisthenem duo potissimum vivendi genera, agricolarum „et opificum, legitimas autem tribus quatuor cum ternis phra- „triis fuisse.“ — Cf. infra p. 96 — 97. —

explicat, ordines vero tantum duos γένεσις et ἀριστοκρατία  
 enumerat. Haec omnia igitur ad eam opinionem mentem  
 reducunt, quae jam e fabula a Plutarcho prodita repeti  
 poterat.

Videtur enim, postquam quatuor illa hominum genera  
 quae principio quatuor tribus effecerant, aut esse, aut cum  
 singulis tribubus plane congruere desierant, duplex inter  
 Atticae cives apparuisse discrimen. Primum enim familiae  
 nobilium, qui magistratus et sacrorum publicorum curam  
 soli habebant, a multitudine reliquorum civium secerni coe-  
 perant. Paucos enim ex multitudine hominum propter ani-  
 morum corporumve virtutes aut proprias aut a patre haere-  
 ditate quasi acceptas praecipue dignos esse, qui cum regibus  
 et imperia civitatis haberent, et iudicia exercerent, vetustis-  
 sima fuit universae Graeciae opinio. Qua opinione sola ni-  
 tebantur praecipui Atticorum Eupatridarum honores, qui  
 nomine nihil nisi eos, qui majorum qualicunque virtute no-  
 biles essent, significatum esse patet.<sup>1)</sup> Istosque nobiles  
 quum in nulla quatuor tribuum, fortasse ne in ulla curia  
 quidem<sup>2)</sup>, defuisse constet, non omnium nobilitas videtur  
 bellica virtute parta fuisse. Et quomodo, ut exemplo utar,  
 Eteobutadarum gens, quae propter sacra quaedam in reli-  
 gione Minervae Polladis munera in nobilium numero habitam  
 videtur, non Hopletibus, sed Gelcontibus maxime videtur  
 adscripta fuisse<sup>3)</sup>, ita ego illam artificum gentem, quae,  
 Argadensibus haud dubie adscripta, a Daedalo originem re-  
 petebat, et inter Eupatridas fuisse crediderim et eam nobilitatem  
 non bellica laude sed artis virtute, id quod ipsius  
 nomine indicatur, fuisse assecutam. Hopletum vero tribuum,  
 quamquam majorem in ea, quam in ceteris tribubus, nobilium

1) Cf. Schömann. l. c. p. IV. —

2) Hermann. l. c. §. 98. 5—6. —

3) Cf. Od. Müller. de sac. Min. Pol. cap. II. —

numquam fuisse concedo, tamen non totam ex Eupatridis decessisse, non minus certum est, quam quod Homerus quoque in Graecorum exercitu inter universos gravis armaturae milites multos ignobiles fuisse testatur.<sup>1)</sup> Omnino vero nobilitas antiquiore ista aetate tantum abfuit, ut sejunctum sollemnemque ordinem formaret, ut etiam minore discrimine tam a multitudine civium distaret, quam iis saeculis, quae Solonis aetatem proximae antecesserunt. Sine dubio enim nobiles quo tempore quatuor tribuum descriptio primum instituta est, multo magis, quam postea, erant, quod esse deberent: optimus quisque et praestantissimus civis et ut ita dicam flos et robor universi populi. Nam tum ut universa heretica aetate non sola haereditate propagata est nobilitas, sed haud raro etiam propria virtute parata, a degeneribus autem nobilium patrum liberis, ut regnum a patria fortis imbelli fuit,<sup>2)</sup> amissa videtur. Ita factum est, ut nobiles et jura sua praecipua, quae nemo iis quippe optimis invideret, tutius possiderent, et multo aeternius vinculis quam postea cum reliquo populo, ex quo ipsi orti essent, conjungerentur. Ubi vero nobilitas Attica per longius temporis spatium solo haereditatis jure propagata privilegiis magis quam virtutibus a multitudine distinguebatur, tum demum tamquam sejunctus ordo cum ceteris popularibus ordinibus comparari simulque universi populi odio et invidiae obnoxia esse coepit. Quare quam nobiles in ordinis formam conjuncti sunt, eo ipso factum est nobilitatis opprimendae initium.

Istud igitur Eupatridarum et plebejorum novum discrimen quum ad antiquiorem differentiam, quae inter agricolae et opifices permanebat, accessisset, praeter publicam sollem-

1) Hom. Il. β. 188 — 198. —

2) Hom. Od. λ. 175 sqq. —



ante rita antiquitas sanctam quatuor tribuum descriptionem tres illi ordines opificum, agricolarum, nobilium in populi opinioni et consuetudine distingui solebant, donec civitate a Solone denuo constituta nobilium principatus e jure publica, deinde et paulatim modo ex hominum memoria exstingeretur. Tam grave igitur, non lege quidem, sed tamen consuetudine publica institutum, non mirum est fabulis Atticis ad eum heroem revocatum esse, quem universae Atticae civitatis auctorem fuisse vetusta fama erat. Quare ii certe errant, qui eo, quod fabula trium ordinum auctorem Theseum memoret, verum quidquam de eorum origine temporumve ratione memoratum opinantur <sup>1)</sup>.

Quae quum ita sint, dum quatuor tribus manebant, cujusque istorum ordinum homines in singulis licet fuerint, nequaquam tamen illi ordines singularum tribuum legitimae partes fuerunt. Neque aliter Aristoteles, quum in adumbrando Athenarum ante Clisthenem statu legitimam et sollemnem tribuum et patratriarum partitionem describeret, illam quoque consuetudine populi factam trium ordinum distinctionem commemorans, in quaque tribu tria ista hominum genera sive *ἔθνη* inveniri videtur narrasse. Quod quum Pollux, Harpocration, Photius, male intelligerent, ista *ἔθνη* sollemnes partes singularum tribuum eum curis congruas fuisse opinati sunt, quum vera Aristotelis de ea re auctoritas apud scholiastam Platonicam et in laudatis Suidae locis <sup>2)</sup> ser-

---

<sup>1)</sup> Cf. quae Schömannus de ea fabula dicit (de comit. p. VI.): „Veram haec et ejusmodi alia in historiis debentur popularum studiis qui suorum temporum quasi quoddam exemplar institutorumque omnium, quae praeclara et laudabilia putantur, originem ab ultima antiquitate et uno quodam magni nominis viro repetenda ducunt, ut et illa vetustate augustiora et hic prudentia et virtute illustrior videretur.“ —

<sup>2)</sup> Cf. supra p. 93. adn. 2. — De tritium et quae ab his separari non possunt, naucrariorum ratione non hac disser-

varietat. Ceterum quia Theseji ordines sollemnis populi descriptio non fuerunt, id quoque minus mirum est quod de eorum nominibus vel etiam numero tam diversa prodita sunt, id quod de sollemnibus populi partibus non potuisset fieri. Namque agricolarum ordinis nomen alii non γεωργοι sed γεωργοί, alii ἀγροίκοι sive ἀγροίωται memorant <sup>1)</sup>. Prout verò aliquis aut duos plebejos ordines conjunctos cum nobilibus comparavit, aut neglecta nobilitate universi populi pro vivendi generibus distinctionem fecit: aut, ut a Dionysio Halicarnassense <sup>2)</sup>, modo εὐπατριδας et ἀγροίκοι sive patricii et plebei, aut, ut a Scholiasta Platónico, γεωργοί et δημοσργοί sive agricolae et opifices, fuerunt distinguendi. Tales autem ordines quotidiana modo consuetudine discretos ab Aristoteli aptissime potuisse ἔθνη vocari, quod nomen Pollux ceterique illi lexicographi non recte acceperunt, ex loco quodam Demosthenis, quem ipse Harpocration affert <sup>3)</sup>, satis intelligitur.

---

tatione, sed alio loco, ubi, quomodo quatuor tribuum descriptio tempore mutata et denique penitus eversa sit, exponetur, uberius dicendum erit. —

<sup>1)</sup> Hesych s. v. Ἀγροίωται: ἀγροίκοι, καὶ γένος Ἀθήνησιν, οἱ ἀντιβισοτέλλοντο πρὸς τοὺς Εὐπατριδας. ἦν δὲ τὸ τῶν Γεωργῶν καὶ τρίτον τὸ τῶν Δημοσργῶν. —

<sup>2)</sup> Dionys. Halic. II. 8. — — ἐκ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας, ὡς ἂν τις εἰκάσειε, τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἔτι διαμενούσης τὸ παράδειγμα λαβὼν (scil. ὁ Ρωμύλος). ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἰς δύο μέρη νεύμαντες τὸ πλῆθος Εὐπατριδας μᾶλλον ἐκάθυσαν τοὺς ἐκ τῶν ἐπιφανῶν οἰκῶν καὶ χρημάτων δυνατούς, οἱς ἡμεῖς πόλιος ἀνέκευτο προστασία, ἀγροίκους δὲ τοὺς ἄλλους πτωχεύσαντες, οἱ τῶν κοινῶν οὐδενός ἤσαν κέραιοι. οὗτοι χρόνῳ δὲ καὶ οὗτοι προσεληφθησαν ἐπὶ τὰς ἀρχάς. —

<sup>3)</sup> Harpocr. s. v. ἔθνος. οὐ μόνον τὸ μέγα καὶ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως. Δημοσθένος ἐκ τῆς κατ' Ἀριστοκράτους. „Εἴ τις ὑμᾶς ἔροιστο, τί σπένθησθε νομίζετε τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἔθνων; οὐδέ τοις γεωργοῖς οὔτε τοῖς ἐμπόροισι οὔτε τοῖς ἐκ τῶν ἀγροσίων οὔτε τῶν κοινῶν οὐδὲν ἂν εἰποιεῖς κ. κ. λ. — Frustra

Vidimus igitur, paucis post Codrum seculis tantum abfuisse, ut singula negotiorum genera cum quatuor tribubus, quae secundum eorum differentiam descriptae fuissent, etiam tum congruerent, ut novi illi quasi ordines distinguerentur, qui etsi in sola consuetudine erant positi, tamen et antiquo et recenti tempore a multis cum tribubus comparati atque etiam singularum tribuum partes habiti sunt.

Quam universi quatuor tribuum status permutationem qui considerat, intelliget, quanta fuerit inter eas et immutabiles Aegyptiorum Indorumque castae differentiae, simul vestrum Thesauri isti ordines dicti documento sunt, quantum Atheniensibus etiam aliquo post Codrum tempore diversitas negotiorum visa sit, minus jam mirum est, quod quum (Codri, ut visum est, aetate), populus Atticus in *ἡγελας, φραστίας, γένη* — forma quidem partitionis a naturali consanguinitate repetita — divideretur, ipsae tamen eae partes definitae sunt secundum negotiorum diversitatem. Nam eam institutionem, qualis fuisse, si nos de ejus origine recte disputavimus, credenda est, etsi ambiguae naturae fuisse apparet, tamen ea ipsa ambiguitas tantum abest, ut nostrae disputationis summam reddat minus probabilem, ut cum indole omnium fere ejus aetatis matuum, a quibus illius originem repetere conati sumus, etiam optime conveniat. Nam id quod plerumque evenire plurimis universae historiae exem-

tamen C. Fr. Hermannus (L. d. St. A. §. 98. adn. 9.), quum in eo ipso Pollucis loco, quem nos supra p. 91. attulimus (Poll. VIII. 111.) postremum illud *ἡγελη* nil nisi Atticorum hominum genera significare censet, et hujus loci manifestam sententiam immutare et eorum locorum, qui in lexicis *ἡγελη* inter tribuum legitimas partes enumerantes reperiantur, vim et auctoritatem frangere conatur. Neque enim quisquam nos videt, in illo Pollucis loco, qui totus de sollemni populi Attici partitione agat, *ἕθνος*, quum semel partem legitimam significaverit, non subito posse omnino genus hominum significare.

plis prebatur; illo quoque tempore civis reipublicae constituendae studium una cum gentili studio excitatum sub hujus specie et quasi nomine apparuit.

Impetus enim, quem Doriensium natio in contemptam Jonicam gentem fecerat, ut libertatis studium in hac excitavit, ita commovit eam, ut incultiori Doricae gentis robori minus rudem vim reipublicae bene constitutae opponere conareretur. Quare quum constitutio nova reipublicae subsidium modo libertatis contra Dores tuendae videretur, eadem tantum etiam sui ipsius causa ab Atheniensibus appetita est. Neque enim solus Codrus pro servanda republica se devovit, sed eo mortuo libertatis civilis causa ipsam regnum abditum et quasi sacrificatum est. Itaque fieri potuit, ut illud tribuum institutum, quod speciem quidem haberet nationis Jonicae secundum nativas ejus gentes gentiumque mutuas cognationes et consociationes denuo constituendae, revera tamen pro nova et factitia ratione diversorum negotiorum describeretur, quae quum a naturali nationum vita prorsus sint aliena, excultae potius illius civilisque convivendi rationis propriae sunt; quae, in Atticae solo nata rudem meramque nationis Jonicae gentilem indolem in Atticae civibus jam tum sine dubio non leviter mutaverat, et, quo magis ipsa posthac excoleretur, eo magis etiam erant mutatura.

Quare jam non mirandum est, eam tribuum descriptionem fortasse jam proxima postquam instituta sit aetate popularibus fabulis, quae ad omnes res soleant consanguinitatis speciem adhibere, ad eum heroem revocatae esse, quem nihil nisi gentem Jonicam significare ipsam nomen indicat. Quare quum Jon universarum tribuum patronus existimaretur, singularum tribuum patronus, a singulis earum nominibus factus, isdem fabulis Jonis filios perhibitos esse facile intellectu est.

Forsitan vero ea quoque, quam supra attigimus <sup>1)</sup>, dif-

<sup>1)</sup> Cf. supra. cap. II. —

facultas hoc loco expeditur: quoniam pacto fieri poterit, ut ipse ille deus, quem Diores suam patronum habebant, Apollo Pythicus, et Ionis, quem Jónicam nationem significare videmus, pater existimaretur, et tantae apud Athenienses auctoritatis esset, ut ii soli, qui eum privatim colerent, veri et genuini Attici cives haberentur? Tenendum enim est, Apollinis Pythici religionem neque, ut Neptuni, univertae Ioucaae nationis, neque, ut Vulcani et Minervae, Atticorum Jovium antiquitas propriam fuisse, sed a Creta aut Delphis in Atticam esse deportatam et receptam. Quae receptio quia migratione Dorica sine dubio aliquanto antiquior fuit <sup>1)</sup>; jam ante ejus migrationis aetatem cultus Pythici Apollinis praeior videtur non modo in Atticorum consuetudine, tamquam proprius et haereditarius esset, plane jam inveteravisse, sed etiam, praesertim quia ethica sua natura <sup>2)</sup> inter omnes ceteras Graecorum religiones excelleret, praecipuum inter Atticas religiones locum assecutus esse. Tamen, etsi Pythicus Apollo tempore migrationum jam a plerisque Graecorum populis cultus videtur, Dorienses eum ipsum cum sancto Delphico suae gentis proprium deum perpetuo habebant. Apolline enim quasi duce expeditionem illam contra Peloponnesi populos facere sibi visi sunt; nam ut in subigenda Peloponneso Delphicis oraculis adjuti esse non perperam certe feruntur <sup>3)</sup>, ita et ipsi videntur propter patriam Apollinis cultum non minus quam propter Heraclidarum jura haereditaria dominatam Peloponnesi sibi debere credidisse. Isti tum Apollineae religionis usurpationi repugnantes Athenienses suam quoque cum Pythico deo necessitudinem urssisse et diligentius coluisse, eo probabilius est, quo magis ea ipsa aetate Apollinis Delphicique oraculi apud omnes Graecos

1) Cf. ipsum Müllerum in Doriersibus. —

2) Cf. C. Fr. Herrmann, Gottesd. Alterth. §. 5. —

3) Cfer. Apollod. II. 8. §. 2. —

aucteritas invaluerat, Et revera quidem ex eadem aetate quaedam benigne a Pythico deo Atheniensibus responsa fabulis produntur. Nam et Codro mortuo quum duo filii Medon et Neleus de summo magistratu certarent, Pythia eum ad Medontem deferri jussit <sup>1)</sup>; et illud oraculum; quo cognito Codrus hostium telis trucidandum se objecit, quamquam Doriensibus datum et fraude apud Athenienses vulgatum esse a plerisque proditur <sup>2)</sup>, secundum aliam tamen famam, quam Valerius Maximus servavit <sup>3)</sup>, ipsi Codro ab Apolline editum fuisse ferebatur. His omnibus satis probatum mihi videtur, ab illo ipso Codri tempore inde Apollinem Pythicum a populo Attico quoque sive Jonico (quae duo nomina idem tum significasse supra vidimus) proprium et patrium deum habitum esse. Quin etiam, quamquam in hac re nullo diserto testimonio niti possum, ipsam quatuor tribuum descriptionem, quam eo tempore factam esse demonstrare conatus sum, non sine oraculi Delphici assensu institutam esse existimaverim. Quodsi Apollo Pythicus novae istius populi descriptionis divinus auctor et quasi patronus habitus est, facile intelligitur, qua ratione idem a quoque exinde Attico cive privatim coli debuerit; quo factum est, ut postea privatus Apollinis Pythici cultus pro genuinae Atticae civitatis nota haberetur.

Quae quum Apollineae religionis apud Athenienses conditio esset, postquam Jon illius descriptionis auctor fabulis celebrari coepit, eadem fabulae, quum Apollinem Pythicum Jonis patrem dixerunt, quae fuisset Apollinis et cum descriptione illa et cum natione Jonica necessitudo, optime videntur significasse.

---

<sup>1)</sup> Paus. VII. 2. 1. —

<sup>2)</sup> Conferantur Lycurgus in Leocr. c. 20; Justin. II. 6. —

<sup>3)</sup> Val. Max. V. 6. —











AH 4328.49  
De priscarum quatuor populi Athenie  
Widener Library 002410008



3 2044 080 859 788

